Electus: 2 X 1818.

*Pro P.e Volpe,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Angelus Antonius Tortorelli,
n. 3 V 1754, Anzi,
m. 9 XI 1830, Pagani.
Electus: 2 X 1818.

*Pro defuncto P.e Tozzoli*

*Consultor*: Desiderius Mennone,
Electus: 17 VII 1820,
Episcopus de Lacedonia, praeconizatus 24 V 1824.

*Pro P.e Marolda,*
qui episcopus creatus est de Potenza, 13 VII 1822:

*Consultor*: Philippus Patroni,
n. 7 VIII 1769, Griffi di Corato,
m. 4 IX 1831, Iliceto.
Electus: 15 VII 1822.
Renuntiavit prima vice 6 VIII 1822; post iteratas instantias, renuntiatio accepta est 4 II 1823.

*Pro P.e Patroni,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Caelestinus M. Cocle.
Electus: 4 II 1823.

*Mortuus*: Pagani, 13 dec. 1823.

## IOSEPHUS DI PAOLA

Vicarius generalis 1823-1824

*Natus*: Morra de Sanctis, dioec. Sant'Angelo de' Lombardi, prov. Avellino, 12 aug. 1762.

*Professus*: 16 oct. 1785.

*Sacerdos*: —.

*Praefectus clericorum studentium*: Caposele, 1793.

*Consultor generalis*: electus 20 VI 1811 pro defuncto P.e Pavone; in munere usque ad Capitulum gen.le 1817.

*Consultor Admonitor*: electus in Capitulo genl.li, 3 et 4 oct. 1817, et denique

*Vicarius gen.lis* per praeviam nominationem P.is Generalis Mansione, a die mortis eiusdem, 13 dec. 1823.

*Cessat a munere* per electionem novi Generalis, P.is Cocle, 11 iun. 1824.

*Mortuus*: Pagani, 24 mart. 1826, Sabbato Sancto, sonantibus campanis ad hymnum Gloria in excelsis.

## CAELESTINUS M. COCLE

Rector Maior 1824-1831

*Natus*: San Giovanni Rotondo, dioec. Manfredonia, prov. Foggia, 23 nov. 1783.

*Professus*: 21 nov. 1800.

*Sacerdos*: —.

*Procurator gen.lis*: electus in Consultatione gen.li 30 X 1816; in munere usque ad Capitulum gen.le 1817.

*Consultor gen.lis*: electus in Consultatione gen.li 4 II 1823; in munere usque ad Capitulum gen.le 1824.

*Rector Maior*: electus a Capitulo gen.li, Pagani habito, die 11 iun. 1824, in septimo scrutinio (cum 24 votis ex 36).

## CURIA GENERALIS
qualis fuit a Capitulo gen.li an. 1824
usque ad Capitulum gen.le 1832

Electio habita 14 VI 1824

*Procurator*: Vincentius Antonius GIATTINI, cui successit 1827 Ios. Mautone.

*Consultor*: Iosephus DI MEO, cui successerunt 1831 Patroni et Lombardi.

*Consultor*: Blasius PANZUTI, et
*Secretarius*: 15 VI,
n. 21 X 1773, Aieta,
m. 8 V 1846, Napoli.

*Consultor*: Rosarius M. PORTALONE, sed immediate renuntiavit,
n. 4 IX 1763, Canicattì,
m. 1824, Agrigento.

*Consultor*: Franciscus Xav. MENICHINI, « senior »,
n. 27 XII 1769, Ottaviano,
m. 5 XII 1840, Napoli.

*Consultor*: Petrus Aloisius RISPOLI, « senior »,
n. 17 X 1778, Pogérola,
m. 17 IV 1846, Napoli.

Electio habita 15 VI 1824

*Consultor*: Felix M. CASSESE, et
*Admonitor*: eodem die,
n. 25 V 1765, Palma,
m. 25 V 1836, Pagani.

*Consultor*: Silvester M. IZZO,
n. 10 V 1782, Bosco,
m. 21 I 1832, Cerreto.

SUBSTITUTI

*Pro defuncto Procuratore P.e Giattini*

*Procurator*: Iosephus M. MAUTONE,
n. 26 X 1765, Napoli,
m. 19 III 1845, Roma.
Electus: 22 IV 1827, confirmatus 2 VI 1827.

*Pro defuncto P.e Ios. Di Meo*

*Consultor*: Philippus PATRONI.
Electus 1 VI 1831; post renuntiationem reiectam, 7 VI, confirmatus 28 VI 1831 (m. 4 IX 1831).

*Pro defuncto P.e Patroni*

*Consultor*: Aloisius LOMBARDI, « senior »,
n. 3 III 1770, Cimitile,
m. 1 IX 1835, Somma Vesuviana.
Electus: 19 IX 1831.

*Archiepiscopus, tit. Patrarum* (Patras), praeconizatus 30 sept. 1831, consecratus 1 nov. 1831.
*Cessat a munere Rectoris Maioris,* per renuntiationem, in Consultatione factam, Napoli, 13 oct. 1831.
*Mortus* : Napoli, 2 mart. 1857.

## BLASIUS PANZUTI

Vicarius generalis 1831-1832

*Natus* : Aieta, dioec. Cassano all'Ionio, prov. Cosenza, 21 oct. 1773.
*Professus* : 28 apr. 1792.
*Sacerdos* : —.
*Consultor Secretarius* : electus in Capitulo gen.li, Pagani, 14 et 15 iun. 1824, et
*Vicarius generalis* : electus e Consultoribus post renuntiationem Rectoris Maioris Cocle, Napoli, die 13 oct. 1831, et a Rege confirmatus, Napoli, 29 oct. 1831.
*Cessat a munere* per electionem novi Generalis P.is Ripoli, 29 maii 1832.
*Consultor Secretarius* : electus in Capitulo gen.li, 3 et 4 iun. 1832.
*Renuntiavit muneri* die 2 iul. 1832, sed renuntiatio accepta est tantum die 29 maii 1833.
*Consultor Admonitor* : electus 3 iun. 1836.
*Renuntiatio muneris*, tractata in Consultatione gen.li, 16 iun. 1842; iterum
*Consultor* : electus 5 nov. 1844, tandem
*Procurator* : electus 6 iun. 1845, muneri Consultoris abdicato.
*Mortuus* : Napoli, 8 maii 1846.

## IOANNES CAMILLUS RIPOLI

Rector Maior 1832-1850

*Natus* : Corato, 6 oct. 1780.
*Professus* : 21 iul. 1799.

*Sacerdos*: Andria, 31 mart. 1804.
*Rector Maior*: electus a Capitulo gen.li, Pagani, 29 maii 1832 in secunda sessione, et quinto scrutinio (cum 33 votis ex 49).

## CURIA GENERALIS

qualis fuit e Capitulo gen.li an. 1832
usque Decretum S. Sedis 5 aug. 1849

Electio habita 1 VI 1832

*Procurator*: Iosephus M. MAUTONE, cui successerunt 1845 Panzuti, 1847 Centore.

*Consultor*: Petrus Aloisius RISPOLI, cui successit 1846 Ansalone.

Electio habita 2 VI 1832

*Consultor*: Franciscus KOSMAČEK,
n. 27 X 1799, Pilgram (Boemia),
m. 5 V 1860, Wien. Absoluto Capitulo Austriam reversus est; eius vices gessit, primum, ut simplex procurator, Rector Collegii in Pagani, P. Alfano; postea, inde a 30 V 1833, ut verus « Consultor interinus », P. Papa.
Renuntiavit 8 X 1836; renuntiatio accepta est 28 XI, cui successit idem Papa.

*Consultor*: Vincentius Maria MICCICHÈ,
n. 18 I 1779, S. Giuseppe Iato,
m. XII 1868, S. Giuseppe Iato.
Praesentavit renuntiationem inde a 28 VI 1832, quae accepta est in Consultatione 29 V 1833, ei successit 1833 De Vivo.

Electio habita 3 VI 1832

*Consultor*: Blasius PANZUTI, et

*Secretarius*: 4 VI 1832.
Praesentavit renuntiationem inde a 2 VII 1832, quae accepta est in Consultatione 29 V 1833; ei successit 1836 Cl. Ripoli.

*Consultor*: Aloisius LOMBARDI, et

*Admonitor*: 4 VI 1832, cui successerunt 1835 Tozzi, 1836 Panzuti, 1842 Del Buono et Trapanese, 1847 Menichini « iunior ».

*Consultor*: Vincentius M. FUSCO,
n. 23 V 1785, Agérola,
m. 5 V 1842, Napoli; ei successerunt 1842 V. Marolda, 1844 Panzuti, 1845 Vaiano, 1846 Lordi et Nigri.

### SUBSTITUTI

*Pro P.e Miccichè,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Dominicus DE VIVO,
n. 13 VIII 1780, Pagani,

m. 17 II 1865, Pagani.
Electus: 30 V 1833.

*Pro P.e Panzuti,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Claudius M. Ripoli,
n. 29 VI 1785, Corato,
m. 9 VI 1850, Pagani.
Electus 30 V 1833.

*Pro P.e Kosmaček,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Iosephus Papa,
n. 27 IV 1774, Vietri,
m. 15 II 1850, Caserta.
Electus *Consultor* « *interinus* », seu supplens, loco P.is Kosmaček, qui illico, Capitulo gen.li (1832) absoluto, in Austriam reversus est, 30 V 1833.
Electus *Consultor* « *pleno iure* » post renuntiationem P.is Kosmaček (8 X 1836, accepta 28 XI) 28 XI 1836.

*Admonitor* electus 16 VI 1842, post renuntiationem P.is Panzuti.

*Pro defuncto P.e Lombardi*

*Consultor Admonitor*: Angelus M. Tozzi,
n. 8 V 1760, Rapone,
m. 8 V 1837, Caposele.
Electus: 30 XI 1835.
Renuntiavit; renuntiatio accepta est in Consultatione gen.li 3 VI 1836.

*Pro P.e Tozzi,*
qui renuntiavit

*Consultor Admonitor*: Blasius Panzuti.
Electus: 3 VI 1836.
Renuntiavit initio an. 1842.

*Pro P.e Panzuti,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Paschalis Del Buono,
n. 6 VI 1782, Morra,
m. 5 IV 1842, Palermo.
Electus: initio an. 1842, mox renuntiavit et mortuus est.

*Pro defuncto P.e Del Buono*

*Consultor*: Vincentius Trapanese,
n. 13 III 1802, Aragona,
m. 17 I 1856, Roma (Monterone); Rector Maior 1850-1853.
Electus: 14 V 1842.
Renuntiavit 19 XII 1846; renuntiatio accepta est eodem die.

*Pro defuncto P.e Fusco*

*Consultor*: Vincentius MAROLDA,
n. 24 VII 1803, Muro Lucano,
Episcopus de Trapani: electus 22 VII 1844; deinde translatus ad sedem titularem de Samosata, 3 VIII 1852, et nominatus administrator dioecesis de Vallo di Lucania, erectae 16 VII 1851,
m. 8 VIII 1854, Napoli.
Electus Consultor 7 VI 1842.

*Pro P.e Marolda*
qui episcopus creatus est de Trapani 22 VII 1844

*Consultor*: Blasius PANZUTI.
Electus: 5 XI 1844.
Renuntiavit muneri Consultoris, quando ad officium Procuratoris gen.lis electus est, 6 VI 1845.

*Pro defuncto Procuratore Mautone*

*Procurator*: Blasius PANZUTI.
Electus: 6 VI 1845.

*Pro P.e Panzuti,*
qui renuntiavit muneri Consultoris

*Consultor*: Iosephus VAIANO,
n. 23 IX 1794, Roccaraìnola,
m. 7 VI 1861, Caserta.
Electus: 6 VI 1845.
Renuntiavit; renuntatio accepta est 18 V 1846.

*Pro P.e Vaiano,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Iosephus LORDI,
n. 21 I 1810, Muro Lucano,
m. 15 XII 1854, Pagani (Rector Maior 1854).
Electus: 18 V 1846.
Renuntiavit; renuntiatio accepta est 15 VI 1846.

*Pro P.e Lordi,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Petrus NIGRI,
n. 8 X 1805, Oppido Lucano,
m. 1854, Caserta.
Electus: 15 VI 1846.

*Pro defuncto P.e Rispoli*

*Consultor*: Franciscus ANSALONE,
n. 26 I 1817, Penta,
m. 20 IV 1882, Penta.
Electus: 16 VI 1846.

*Pro P.e Trapanese,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Franciscus Xav. MENICHINI, « minor »,
n. 3 XI 1778, Nola,
m. 26 IX 1853, Caserta.
Electus: 15 II 1847.

*Pro defuncto Procuratore Panzuti*

*Procurator*: Dominicus Centore,
n. 3 IX 1779, Tredeci,
m. 11 IX 1864, Scifelli.
Electus: 29 II 1847.

NB. Alter casus singularis seu questio Consultoratus est P.is Kosmaček.

Hic dignus s. Clementis discipulus, an. 1830 Consultor Vicarii gen.lis P.is Passerat electus est. Cum an. 1832 Capitulum gen.le Pagani habitum esset, ad elegendum novum Rectorem Maiorem (qui fuit P. Ripoli), prima vice etiam PP. transalpini Capitulo generali Congregationis interfuerunt, inter quos etiam dictus Kosmaček. Imo, in Capitulo Consultor generalis Rectoris Maioris electus est (2 VI 1832), primus non-italus qui tale munus obtinuit. Sed officium sibi impositum accepit *cum conditione*: si nempe gubernium imperiale permissionem daret Austriam stabiliter relinquendi et apud Rectorem Maiorem residendi, atque libere cum PP.bus austriacis commercium litterarum instituendi. Haec omnia enim a legibus austriacis vetita erant.

P. Kosmaček, Capitulo absoluto, illico in Austriam reverti coactus erat, sed P.i Rectori Collegii in Pagani, Alfano, facultatem commisit, suo nomine in Consultatione generali agere.

P. Kosmaček tunc fuit etiam Rector Collegii in Wien (1830-1833). An. 1833 fundationem sat difficilem, in Marburg, feliciter perfecit, et Superior Hospitii in Innsbruck nominatus est, ubi remansit usque ad an. 1839, quo iterum Rector Collegii in Wien nominatus est.

Autumno an. 1832, Vicarius gen.lis Passerat, per epistulam Consultoris Secretarii generalis Panzuti certior factus est, P.em Kosmaček esse deponendum a munere Consultoris Vicarii gen.lis, et eius loco nominandum esse Consultorem Vicarii P.em Ioannem Fortner; insuper P.em Stark, alium Consultorem Vicarii gen.lis, transferendum esse in Innsbruck, et eius loco nominandum esse Consultorem Vicarii P.em Doll.

Non certe constat quomodo P. Passerat in hac re se gesserit. Kosmaček apparet tamquam Consultor Vicarii gen.lis tantummodo ab an. 1839, in quo solita Consultatio triennalis habita est. P. Fortner subscribit epistulam ad Rectorem Maiorem, Wien, 1 III 1833, ut « Consultor Vicarii generalis ». Sed 26 III 1835 reliquit urbem Wien, ut Superior expeditionis missionariae in Bulgariam proficiscentis, ubi 16 II 1836 in Philippopoli mortuus est. Propter documentorum deficientiam nihil aliud de suo «Consultoratu» dicere possumus.

P. Stark et P. Doll, in epistulis an. 1833, simul tamquam Consultores Vicarii generalis apparent.

Dicendum itaque erit, depositionem P.is Kosmaček a munere Consultoris Vicarii generalis effectum habuisse, saltem inde ab autumno an. 1832 usque ad novam nominationem an. 1839.

Cum autem conditiones quas P. Kosmaček posuerat pro munere Consultoris Rectoris Maioris, impleri vix potuissent, de communi consensu Rector Maior a S. Congregatione EE.RR. facultatem impetravit et obtinuit, statuendi in Pagani non simplicem vicesgerentem, sed authenticum « Consultorem interinum » seu « provisorium », qui P.em Kosmaček, stabiliter impeditum, repraesentaret. Hoc negotium feliciter actum est an. 1833, et P. Iosephus Papa Consultor electus est.

Cum autem nulla spes arrideret, leges austriacas in materia politico-religiosa praesto mutari posse, tandem P. Kosmaček muneri Consultoris Rectoris Maioris penitus renuntiavit, et supradictus P. Papa Consultor « definitivus » electus est. Sic etiam hoc «episodium» finem habuit.

Adiungimus aliqua documenta de hoc negotio; notetur, in *Arch.gen.* X B 20, 22 varias notitias minores de eadem re inveniri posse.

1. - *Excerptum ex* « Libro delle Consulte generali del Rettor Maggiore 1783-1859 », fol. 32.

Pagani, oggi 30 Maggio 1833.

Il R.mo P. Rettor Maggiore D. Gian-Camillo Rispoli [*sic*: pro Ripoli] ha convocata la Consulta generale, e s'ha presentata una Facoltà ottenuta dalla Sacra Congregazione de' Vescovi e Regolari, per eliggere un Consultore Interino in vece del P. D. Francesco Cosmacech [*pro Kosmaček*], che

si trova in Vienna, ed è stato eletto a pieni Voti *Nemine discrepante* il P. D. Giuseppe Papa, il quale supplirà al detto P. Cosmacech fin tanto che, o rinuncia, o si ritira nella residenza del P. Rettor Maggiore.

[*Sequuntur aliae deliberationes, scil. de electione Consultorum substitutorum: Claudius Ripoli, pro ren. Panzuti; Dom. De Vivo, pro ren. Miccicchè; Petr. Al. Rispoli, ut Secretarius, pro Panzuti*].

Gio-Camillo Ripoli del SS. Redentore, Rettor Maggiore
Luigi Lombardi del Smo Redentore, Consultore Generale
Vincenzo Maria Fusco del SS. Redentore, Consultore Generale
Giuseppe Papa del SS. Redentore, firmo per l'elezione del P. Ripoli
Claudio Maria Ripoli del SSmo Redentore; firmo per l'elezione del P. De Vivo
Domenico De Vivo del SSmo Redentore, firmo per l'elezione del P. Rispoli Segretario Generale.
Pier Luigi Rispoli del SS. Redentore, Segretario Generale

2. - *Libellus originalis P.is Kosmaček, quo muneri Consultoris Generalis renuntiat*, Innsbruck, 8 oct. 1836. - Arch. gen. VIII A 2/e.

Resignatio muneris Consultoris Generalis Francisci Kosmaček.

Quum in Capitulo Generali anno salutis 1832 celebrato, Reverendi Patres Capitulares me, licet indignum, Consultorem Generalem elegissent, munus istud tunc temporis ea conditione acceptavi, si leges civiles imperii austriaci liberam communicationem cum exterris [*sic!*] permitterent. Hanc spem alens interim munus Rectoris localis Oeniponte [*Innsbruck*] permittente Rectore Maiore per triennium exercui; hoc triennio elapso, denuo munus Rectoris, tum ratione circumstantiarum, tum postlatione episcopi Brixinensis [*Brixen, hodie Bressanone*] coactus acceptare debui. Regulis autem Congregationis nostrae prohibentibus ne Consultores Generales Rectores locales agerent, officii mei est, iis satisfacere; ideo muneri meo Consultoris Generalis libere renuntio illudque penitus resigno.

Datum Oeniponti die 8vo Octobris 1836.

Franciscus Kosmaček m.p.
C. SS. Red.

3. - *Excerptum ex* « Libro delle Consulte generali del Rettor Maggiore 1783-1859 », fol. 33.

Oggi, 28 Novembre 1836, il R.mo P. Rettor Maggiore ha proposto, che il P. Cosmacech ha rinunciato la carica di Consultore Generale, per cui si è venuto all'elezione del Consultore vacante, ed essendosi proceduto all'elezione per schedole, si è trovato che tutti i Voti, *nemine discrepante*, sono stati per il P. D. Giuseppe Papa, che è già stato eletto Consultore Generale [*ad interim, vel ut mandatarius P.is Kosmaček*].

Pier Luigi Rispoli del SS. Redentore, Segretario Generale.

*Congregatio in provincias dividitur, Vicariatus gen.lis transalpinus a S. Sede confirmatur*: Roma 2 VIII 1841.

*Datur Coadiutor*, cum facultatibus Rectoris Maioris, per decretum S. Congr. EE.RR., Napoli, 14 apr. 1849, in persona P.is Trapanese.

*Mortuus*: Pagani, 16 febr. 1850.

# IOSEPHUS AMANDUS PASSERAT

Vicarius generalis Congregationis transalpinae

« ex delegatione Rectoris Maioris » 1820-1841

« ex auctoritate S. Sedis » 1841-1848

*Natus*: Joinville, 30 apr. 1772.
*Professus*: Warszáwa, 13 nov. 1796.
*Sacerdos*: Warszáwa, 15 apr. 1797.
*Superior* «migrans» : 1803-1820.

## I. Vicarius generalis P.is Mansione

*Vicarius gen.lis Congregationis transalpinae,* cum sede in Wien, ubi advenit 20 oct. 1820. - Decretum nominationis Rectoris Maioris Mansione datum est Pagani, 30 maii 1820; deputantur etiam duo Consultores, PP. Czech et Stark, atque Admonitor (absque nomine definito), (*Mon.Hofb.* 13, Cracovia 1939, 240). - Sequitur nominatio a parte Imperatoris Francisci I, Wien, 8/23 maii 1822, et a parte Curiae archiepiscopalis Wien, 22 iun. 1822 (Arch.gen. X B 2). P. Passerat munus accepit et exercere coepit 25 iul. 1820, Valsainte (*Mon.Hofb.* ut supra, 249-253).

### CURIA VICARIATUS

qualis fuit tempore Rectoris Maioris Mansione

1820-1824

*Consultor*: Aloisius Czech,
n. 9 IV 1790, Bürgstein (Boemia),
m. 8 XII 1868, Landser.
Nominatus: 30 V 1820; fuit tunc Rector in Valsainte (Helvetia); et semper in regionibus Helvetiae et Alsatiae vixit, ita ut munus suum vix practice exercuisse videtur.

*Consultor*: Martinus Stark,
n. 11 IX 1787, Lottstetten (Baden),
m. 14 VII 1852, Baden (apud Wien).
Nominatus: 30 V 1820.

*Admonitor*: Ioannes de Duklas Podgórski,
n. 11 VII 1775, Breffiki, par. Zareby Kościelne, dioec. Płock,
m. 6 III 1847, Krákow.

Munus exercet saltem a 18 XI 1821 (ep. Passerat ad Mansione, Wien, hoc die); cessaverat ante 24 XI 1823 (ep. Passerat ad Mansione, Wien, hoc die); deinceps semper in regionibus Poloniae vixit.

## II. VICARIUS GENERALIS P.IS COCLE

*Confirmatus* a novo Rectore Maiore P.e Cocle, Pagani, 28 VII 1824 (Arch.Gen. IX 47), una cum Consultoribus tunc exsistentibus.

*Acceptat* munus sibi commissum, et praesentat pro nominatione suorum Consultorum sex PP. sequentes: M. Stark, J. Libozky, F. Springer, E. Veith, J. Madlener, F. Doll; iidem PP., quamvis confirmatio ex parte Rectoris Maioris non habetur, officium iniunctum revera exercuerunt.

### CURIA VICARIATUS
qualis fuit tempore Rectoris Maioris Cocle
1824-1832.

a) *usque ad primam Consultationem triennalem Congregationis transalpinae 1830*

NB. Inde ab an. 1830, praesidente Vicario gen.li, celebrata est « Consultatio triennalis » totius Congregationis transalpinae pro nominatione Consultorum Vicarii gen.lis, superiorum, aliorumque officialium, et pro tractandis negotiis. Habebantur in Wien, an. 1830, 1833, 1836, 1839, 1842 (maximi momenti, post decretum pontificium, quo divisio provinciarum introducta fuit), 1844, 1847, et ultima, 1850 in Bischenberg.

*Consultor*: Martinus STARK.

*Consultor*: Iosephus LIBOZKY, RITTER VON HOLDENBERG,
n. 17 (18?) II 1789, Prag,
m. 26 I 1841, Wien.

*Consultor*: Franciscus SPRINGER,
n. 3 I 1791, Strass (Nieder-Österreich),
m. 19 IX 1827, Prag (in reditu ex Lissabon).
Cessat a munere, ut videtur, post discessum a Wien ad fundandum Collegium in Lissabon, 4 I 1826, cui successit Unkhrechtsberg.

*Consultor*: Ioannes Emanuel VEITH,
n. 10 VII 1788, Kuttenplan (Boemia),
Discessit e Congregatione 10 (16?) IV 1830,
m. 6 XI 1876, Wien.

*Consultor*: Ioannes de Deo MADLENER,
n. 15 XI 1787, Strakonitz (Boemia),
m. 26 V 1868, Prag. P. Madlener an. 1827-30 in Innsbruck de-

git; his annis eius loco apparet in subscriptionibus epistolarum (Wien) P. Prigl.

*Consultor*: Franciscus Xav. Doll,
n. 6 X 1795, Wien,
m. 16 VI 1855, Wittem.

Substituti

*Pro P.e Springer,*
postquam in Lissabon discessit

*Consultor*: Eduardus Ritter von Unkhrechtsberg,
n. 19 VII 1797, Puchberg (Ober-Österreich),
dimissus: Mautern, 27 VII 1831,
Canonicus ecclesiae cathedralis de Olmütz,
readmissus: Leoben, 10 VII 1867,
iterum vestitus: 17 IV 1869,
iterum professus in articulo mortis, et
m. 30 III 1870, Leoben.

*Pro P.e Madlener,*
postquam in Innsbruck discessit

*Consultor*: Antonius Prigl,
n. 8 VI 1794, Ottenschlag (Boemia),
dispensatus 1852,
m. 4 IV 1853, Wien.

*Pro P.e Unkhrechtsberg* (?):

*Consultor*: Ioannes B. Kaltenbach,
n. 30 VI 1791, Triberg,
m. 19 XII 1875, Saint-Nicolas-du-Port. P. Kaltenbach apparet in subscriptionibus epistolarum (1829, 24 I, 10 XI) ut « Consultor » Vicarii gen.lis; nescimus, utrum simplex supplens erat absentis P.is Unkhrechtsberg, an huius loco suffectus in munere.

NB. P. Passerat pluries Rectores Mariores adibat, ut a munere Vicarii generalis solveretur; sufficiat hic, unum ex primis casibus huius generis brevi nota illustrare. P. Passerat saepius de valetudine minus firma lamentatus est; difficultates cum gubernio imperiali, illis temporibus adhuc spiritu « iosephinismi » imbuto, et etiam cum propriis fratribus, qui non semper modum agendi et resolvendi Vicarii generalis approbabant, eum induxerunt, ut onus regiminis Congregationis transalpinae quae his annis primos rapidos passus per regiones europaeas facere incipiebat, gravius onerosiusque super humeros suos sentiret. Utcumque res se habeat, ille his annis de successore non solum cogitabat, sed etiam necessarios passus apud auctoritates supremas conducebat. Huius rei testimonium habetur in libro consultationum generalium de quo sequentem locum transscribimus.

*Excerptum ex* « Libro delle Consulte generali del Rettor Maggiore, 1783-1859 », fol. 31v.

Pagani, 26 Settembre 1826.

Ad istanza del P Passerat, attual Vicario del P. Rettor Maggiore nel governar le case della nostra Congregazione oltremonti, si è proposto, se stimavasi spediente al bene di quelle case, di eleggere da ora l'altro Vicario, che succeda al detto P. Passerat, quando il Signore lo chiamerà, e mandarne da ora la Patente, sì per non restar frattanto quelle case senza capo, sì perchè

i Padri, che verranno in tal caso obbligati da quel governo ad eleggere il Successore, convengano ad eleggere il medesimo, che sarà stato qui eletto.

All'istanza si è risposto da tutti i Consultori affermativamente, in persona del P. Liboski [*sic*, pro Libozky] per le relazioni vantaggiose ed opportune, ricevute del detto Padre dall'attual Vicario P. Passerat, avendo per Rescritto speciale della Sede Apostolica la dovuta facoltà il P. Rettor Maggiore di eleggere per suo Vicario in quelle case chi più stima spediente.

P. Panzuti del SS. Redentore
Consultore e Segretario generale.

b) *a Consultatione triennali 1830 usque ad Capitulum gen.le 1832.*

*Consultor*: Martinus STARK,

*Consultor*: Iosephus LIBOZKY,

*Consultor Admonitor*: Ioannes MADLENER.

*Consultor*: Franciscus KOSMAČEK,
n. 27 X 1799, Pilgram (Boemia),
m. 5 V 1860, Wien.

*Consultor Secretarius*: Fridericus VON HELD,
n. 17 VII 1799, Brunn (Nieder-Österreich),
m. 21 IV 1881, Vaals.

*Consultor*: Franciscus X. DOLL, qui sibi substituit « procuratorem », id est in absentia supplentem, P.em Ioan. U. Petrak.

NB. De variis difficultatibus quae P.i Kosmaček postea evenerunt ex eo quod Consultor Vicarii gen.lis, et, postea, an. 1832, Consultor Rectoris Maioris esset, actum est superius, ubi de Consultoribus Rectoris Maioris Ripoli diximus.

## III. VICARIUS GENERALIS P.IS RIPOLI

### a) *Vicarius generalis ex delegatione directa a P.e Ripoli concessa, 1832-1841*

*Confirmatus* a novo Rectore Maiore P.e Ripoli, tamquam « Delegatus » et « ad annum », Pagani, 12, 13 IV 1833 (Arch. Gen. IX 78 et « Libro delle Consulte... 1783-1859 », fol. 180).

NB. Adiungimus excerptum ex pluries citato « Libro delle Consulte Generali del Rettor Maggior 1783-1859 », referens de consultatione generali in qua P. Passerat Vicarius gen.lis pro domibus transalpinis iterum confirmatus est, sed, ut ex epistula ad P.em Passerat data eruitur, solummodo ad tempus. - In eadem consultatione nominati sunt etiam Consultores P.is Passerat. Ecce textum.

*Libro delle Consulte Generali del Rettor Maggiore 1783-1859*, fol. 180.
Pagani, 13 Aprile 1833.

Oggi è stata [*Consulta*] dal P. Rettor Maggiore D. Giovan Camillo Ripoli per la Patente di Vicario Generale per le Case oltre Monti al P. D. Giuseppe Passerat; per averla e sotto il P. Rettor Maggior Mansione, e sotto il Rettor Maggiore Cocle lodevolmente esercitata; colla condizione però che trattan-

dosi di fondazioni di nuove Case, di espulsione di soggetti, e di Dispense de' Voti, avesse dovuto farne inteso il Rettor Maggiore prima dell'esecuzione, unitamente coi motivi, che siano stati sottoscritti dai suoi Consultori, onde anche qui vengano esaminati dal Rettor Maggiore e suoi Consultori.

Consultore e Segretario Generale P. Panzuti del S. Redentore

Al medesimo sono stati dati nella suddetta Patente quattro Consultori, cioè P. D. Giovanni Madlener, P. D. Francesco Doll, P. D.Bartolomeo Pajalich, e P. D. Giuseppe Libozki, e per Ammonitore l'istesso Libozki.

Consultore e Segretario Generale P. Panzuti del S. Redentore

CURIA VICARIATUS

qualis fuit tempore Rectoris Maioris P.is Ripoli, usque ad decretum pontificium an. 1841

*Consultor*: Bartholomaeus PAJALICH,
n. 17 I 1791, Besca (Veglia, Dalmatia),
m. 3 IV 1863, Roma.
Cessat a munere an. 1833, postquam Rector novi Collegii in Marburg (Maribor) nominatus fuit, cui successit P. Stark.

*Consultor*: Iosephus LIBOZKY,

*Consultor*: Franciscus X. DOLL,

*Consultor*: Ioannes MADLENER,

*Pro P.e Pajalich*
ab an. 1833 Rector in Marburg

*Consultor*: Martinus STARK.
Hi quinque Consultores certo erui possunt ex documentis (cfr. ep. Wien, 25 V 1833; ep. Wien, 4 II 1835, *Arch. gen.* X B 33).

*Consultor*: Ioannes Nepomucenus FORTNER,
n. 23 XII 1799, Manetin (Boemia),
m. 16 II 1836, Philippopoli (Bulgaria).
Apparet in munere in epistula ad Rectorem Maiorem Ripoli, Wien, 1 III 1833 (*Arch. gen.* X B 23); vide superius ubi agitur de Curia generali dicti Rectoris Maioris Ripoli: Consultor P. Kosmaček, cum longa adnotatione.

Post Consultationem triennalem an. 1839, apparent hi duo Patres in munere Consultorum Vicarii gen.lis:

*Consultor*: Rudolphus RITTER VON SMETANA,
n. 7 IX 1802, Wien,
m. 2 IX 1871, Gars am Inn; Vicarius gen.lis Congregationis transalpinae ab 1 VII 1850 usque ad 2 V 1855.

*Consultor*: Franciscus X. KOSMAČEK.

*Pro defuncto P.e Libozky*

*Consultor*: Ioannes Ulr. PETRAK.

Nominatus post mortem P.is Libozky, 26 I 1841,
Confirmatus a Rectore Maiore, Pagani, 21 III 1841.

N.B. P. Vicarius Passerat, ex eo tempore quo Congregatio transalpina magis magisque in dies incrementum cepit (1832 America septentrionalis; 1835 Bulgaria, Philippopoli; deinde domus in Helvetia; in Bischenberg, Alsatia; exinde in interiore Francia; in Belgio etc.) et propter magnas distantias regimen et visitatio omnium domorum semper difficilior evasit, pluries institit apud Rectorem Maiorem, ut alium Vicarium pro domibus a Wien nimis distantibus eligeret. De hac re deliberatum est, sed numquam ad effectum perducta est, ea de causa, quoniam inde ab an. 1841 Sancta Sedes divisionem provinciarum introduceret.

Non deerit attentio nostrorum lectorum, si illis sub oculos ponimus extfactum ex Libro consultationum generalium, in quo de institutione Vicariatus belgici actum est.

*Libro delle Consulte Generali del Rettor Maggiore 1783-1859,* fol. 182.

Oggi, 17 Febbraio 1840.

Il Rmo P. Rettore Maggiore ha convocato la Consulta Generale, ed ha proposto

1 Se si debba stabilire un Vicario nel Belgio.
2 Quali Facoltà se gli debbano comunicare.
3 Quale debba essere questo Vicario, e quali i quattro Consultori; e si è risposto, e deciso:
1 Che si stabilisca il Vicario nel Belgio.
2 Quelle Facoltà limitate che si sono date al Vicario Passerat.
3 Che il Vicario del Belgio sia il P. D. Francesco Cosmacech, a triennio, e per i quattro Consultori tutto si rimette al Rmo P. Rettor Maggiore.

## b) *Vicarius generalis, ex « auctoritate S. Sedis », 1841-1848*

*Vicarius gen.lis « auctoritate S. Sedis »*, vi decreti pontificii, Roma, 2 iul. 1841; quo decreto in regione transalpina instituuntur tres provinciae: austriaca, belgica, helvetica; Vicario datur Curia propria cum quattuor Consultoribus; Vicarius gen.lis et Consultores manent in munere per 10 annos.

### CURIA VICARIATUS
qualis fuit vi decreti pontificii 2 VII 1841
usque ad an. 1848

*Consultor Admonitor*: Martinus Stark.

*Consultor Secretarius*: Rudolphus v. Smetana,
Renuntiavit muneri post Consultationem triennalem, Wien, 14 IX 1842, cui successit Michalek.

*Consultor*: Franciscus Kosmaček.

*Consultor*: Ioannes Ulr. Petrak.
Cessant a munere, vi facti per violentam suppressionem Collegii residentialis Vicarii gen.lis, per revolutionarios, 6 IV 1848; de iure per renuntiationem formalem ipsius Vicarii gen.lis, 6 VI 1848.

*Pro P.e v. Smetana,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Leopoldus MICHALEK,
n. 29 X 1794, Wien,
m. 6 III 1857, Prag.
Nominatus post 14 IX 1842.

*Socius Procuratoris gen.lis* pro Congr. transalpina: Andreas HUGUES,
n. 15 XI 1808, Hamburg,
m. 13 XI 1887, Luxemburg.
Nominatus an. 1847 (instructio P.is Passerat ad P. Hugues, Wien, 28 VI 1847).
Exercitium muneris cessavit, cum die 15 XI 1848 a Roma disceserit propter imminentes perturbationes politicas.

*Suppressio violenta* domus residentialis, Wien, Maria Stiegen, per revolutionarios: 6 apr. 1848; P. Passerat in Belgium profectus est.

*Supressio Congregationis in ditione austriaca,* a gubernio facta: Wien, 8 maii 1848.

*Renuntiat* in manus Summi Pontificis muneri Vicarii gen.lis, Liége, 6 iun. 1848; communicat renuntiationem P.i Generali Ripoli, Liége, 8 iun., et Congregationi transalpinae, Liége, 9 iun. 1848; acceptatio renuntiationis ex parte P.is Ripoli, Pagani, 9 iul. 1848.

*Mortuus*: Tournai, 30 oct. 1858.

## VINCENTIUS TRAPANESE

Vicarius generalis Rectoris Maioris Ripoli 1849-1850
Rector Maior 1850-1854

*Natus*: Aragona, 13 mart. 1802.

*Professus*: Pagani, 29 sept. 1820.

*Sacerdos*: 13 mart. 1824, ab episcopo N. Laudisio CssR. (alii: 1826 ab ep. S. Graniti, de Cava).

*Consultor gen.lis electus*: in Consultatione gen.li 14 maii 1842.

*Renuntiavit muneri*: 19 dec. 1846; renuntiatio accepta est in Consultatione gen.li eodem die.

*Vicarius gen.lis*: praecedit Consultatio gen.lis, die 3 apr. 1849, in qua, iuxta invitationem Cardinalis Praefecti S. Congregationis EE.RR., de eligendo Coadiutore pro Rectore Maiore

agitur; designatur ex ipsis Consultoribus P. Ansalone, vel, ex aliis P.bus, Trapanese. Sequitur eiusdem P.is Trapanese *nominatio formalis* per decretum S. Congr. EE.RR., Napoli, 14 apr. 1849, ob inhabilitatem Rectoris Maioris Ripoli; in epistola Card. Orioli, Praefecti S. Congr. EE.RR., Napoli, 20 apr. 1849, Consultores pro tempore in munere confirmantur. Sequitur « Exequatur » regium, Napoli, 19 maii 1849. Notandum est traditam esse P.i Trapanese plenam potestatem Rectoris Maioris (epistolae Card. Praef. Orioli, Napoli, 10 iun. 1849, ad P.em Ripoli et Trapanese).

NB. Subnectimus excerptum ex libro consultationum generalium, pluries citato, circa supradictam electionem Coadiutoris seu Vicarii Generalis, qui vices Rectoris Maioris pleno iure ageret.

*Libro delle Consulte generali del Rettor Maggiore 1783-1859*, fol. 183-183v.

Consulta per l'elezione di un Coadiutore.

Nel giorno 3 di Aprile di questo stesso anno 1849 il P. D. Gio.Camillo Ripoli, Rettore Maggiore di questa nostra Congregazione del SSmo Redentore, ha convocata la Consulta Generale, composta de' PP. D. Claudio Ripoli, D. Giuseppe Papa, D. Domenico De Vivo, D. Alfonso Nigri, D. Francesco Ansalone, e D. Francesco Saverio Menechini, e fatte le solite preci, ha proposto essere desiderio dell'Emo Cardinal Prefetto della Congregazione de' Vescovi e Regolari, che a motivo della salute acciacciosa di esso Rettore Maggiore, si eleggesse un Coadiutore. Raccolti i Voti, è risultato a maggioranza il P. D. Francesco Ansalone, Consultore Generale.

Nella stessa Consulta si è detto, che se il Cardinal Prefetto volesse per Coadiutore un Soggetto fuori della Consulta, si è nominato, anche a maggioranza di voti, il P. D. Vincenzo Trapanese.

Pagani, 3 Aprile 1849.

Domenico De Vivo,<br>Consultore e Segretario Generale

*Curia generalis renovatur*, per decretum S. Congr. EE.RR., Napoli, 5 aug. 1849, ea intentione ut duae partes Congregationis, italica et transalpina, congrue repraesententur («Exequatur» regium, Napoli, 11 VIII 1849).

## CURIA GENERALIS

qualis fuit a decreto pontificio diei 5 aug. 1849<br>usque ad decretum pontificium diei 1 iul. 1850

*Consultor*: Liberator LUCIANO,<br>n. 27 X 1782, Avella,<br>m. 31 VIII 1862, Napoli.

*Consultor*: Iosephus VAIANO.

*Consultor*: Iosephus LORDI.

*Consultor*: Michael HEILIG,
n. 7 IX 1808, Nonnenbach (Württemberg),
m. 30 VIII 1887, Vaals.

*Consultor*: Andreas HUGUES.

*Consultor*: Victor DECHAMPS,
n. 6 XII 1810, Melle,
Episcopus de Namur 25 IX 1865,
Archiep. de Malines 20 XII 1867,
Cardinalis 15 III 1875,
m. 23 IX 1883, Malines.

*Obitus Rectoris Maioris Ripoli*: 16 febr. 1850.

*Rector Maior nominatus*: per decretum S. Congr. EE.RR., Roma, 20 iun. 1850, propter difficultates illius temporis, quae convocationem Capituli gen.lis vix permisissent.

*Curia generalis iterum renovatur*, per decretum S. Congr. EE. RR., Roma, 1 iul. 1850. Ratio in hoc videnda est, quod gubernium Congregationis, unicum et unitarium, in quo ambae partes, italica (neapolitana) et transalpina, aeque repraesentarentur, propter graves difficultates naturae internae vix possibile evasisset. Hinc Vicariatus generalis transalpinus restitutus est, cum Vicario generali et quattuor consultoribus (vide Smetana), dum Rector Maior totius Congregationis (Trapanese) sex solitos Consultores, omnes italicos, habuit. « Exequatur » regium, Napoli, 5 febr. 1851.

## CURIA GENERALIS

qualis fuit a decreto pontificio diei 1 iul. 1850
usque ad decretum pontificium 6 sept. 1853

*Consultor*: Liberator LUCIANO.

*Consultor Admonitor*: Iosephus VAIANO.

*Consultor*: Caelestinus M. BERRUTI,
n. 24 VIII 1804, Cinaglio apud Asti,
m. 18 V 1872, Resina.
Cessat a munere ante 5 VII 1851, Rector Maior 1855-1869.

*Consultor*: Ioannes B. AMENDOLA,
n. 5 VI 1787, Santa Maria di Capua Vetere,
m. 9 XI 1870, Caserta.
Cessat a munere ante 5 VII 1851.

*Consultor*: Emmanuel BALDARI, et

*Secretarius*: saltem a 5 VII 1851.
n. 21 I 1796, Oria,
m. 14 XII 1871, Squinzano.

*Consultor*: Iosephus LORDI.
Videtur renuntiasse initio martii 1851.

*Procurator*: Dominicus CENTORE.

SUBSTITUTI

quales innotescunt ex epistola circulari P.is Trapanese, 5 iul. 1851

*Consultor*: Stephanus SPINA.
n. 26 XII 1799, Valguarnera Caropepe,
m. 15 X 1854, Pagani.

*Consultor*: Salvator TALLARIDI,
n. 23 V 1812, Catanzaro,
m. 29 X 1879, Pagani.

*Consultor*: Raphael BOCCHINO,
n. 29 V 1805, San Marcellino,
m. 21 III 1878, Nocera.

*Rector Maior confirmatur,* reiectis iteratis renuntiationibus, per decretum pontificium, 7 oct. 1850 « ad Sanctitatis Suae, et Apostolicae Sedis beneplacitum ». Sequitur « Exequatur » regium, Napoli, 3 ian. 1851.

*Romae* sedem figit (Monterone), versus finem an. 1852. Paulo post, saltem a 29 mart. 1853, apparet in Curia generali, quae in Pagani remansit, ut Vicarius gen.lis, P. Vaiano.

*Cessat exercitium potestatis Rectoris Maioris*, virtute decreti S. Congr. EE.RR., Roma, 6 sept. 1853, quo opportunum esse declaratur: 1° « domus Congregationis Ss. Redemptoris in utriusque Siciliae regno existentes ad aliquod tempus... Visitationi Apostolicae subicere », exercendae a Cardinali Cosenza, Archiep. de Capua, eo fine ut « intra octo menses... Nuceriae Paganorum Capitulum celebretur ad electionem Rectoris Maioris pro memorata Congregatione in utroque Siciliae regno existente »; 2° « quoad ea, quae Transalpinos respiciunt, Sanctitas Sua eos, eorumque domos, donec aliter provideatur, immediate S. Sedis iurisdictioni subicit... ita ut ab ea unice dependere debeant, quin Rector Maior ullam in eos auctoritatem exercere possit et valeat ».

*Cessat a munere Rectoris Maioris*: pro Congregatione in regno utriusque Siciliae exsistente, per electionem proprii Rectoris Maioris, P.is Lordi, Pagani, 6 maii 1854; pro Congregatione transalpina, per electionem P.is Mauron, Roma, 2 maii 1855.

*Retinet* tamen titulum « *Ex-Generalis* » cum privilegiis et honoribus relativis, per concessionem pontificiam, Roma, 28 apr. 1854, a Summo Pontifice Pio IX propria manu subsignatam.
*Mortuus*: Roma (Monterone), 17 ian. 1856.

## RUDOLPHUS VON SMETANA

Vicarius generalis Congregationis transalpinae 1850-1855

*Natus*: Wien, 7 sept. 1802.
*Doctor iuris*, Wien, 30 iul. 1827.
*Matrimonium*: Wien, 19 nov. 1828.
*Viduus*: 8 sept. 1829.
*Professus*: Marburg, 5 ian. 1831.
*Sacerdos*: Graz, 31 iul. 1831.
*Consultor Secretarius Vic. gen.lis* Passerat: autumno 1839.
*Renuntiavit muneri*, versus finem an. 1842.
*Vicarius gen.lis Congregationis Transalpinae*: nominatur a S. Sede, Roma, 1 iul. 1850, una cum quattuor Consultoribus.

### CURIA VICARIATUS

qualis fuit vigore decreti pontificii 1 VII 1850
usque ad Capitulum generale 1855

*Consultor Admonitor*: Franciscus Kosmaček.

*Consultor*: Martinus Schmitt,
n. 4 I 1804, Rheinau (Alsatia),
m. 17 IV 1851, Genève.
Renuntiavit muneri, propter valetudinem infirmam, occasione Consultationis triennalis, Bischenberg, X 1850, in qua suam vicem gessit P. Mauron. Successit Kaltenbach.

*Consultor*: Paulus Reyners,
n. 1 IX 1812, Tongeren (Belg.),
m. 27 X 1887, Tournai.
Renuntiavit muneri, a negotiis urgentibus impeditus, occasione Consultationis triennalis, Bischenberg, X 1850, cui successit Heilig.

*Consultor*: Iosephus Fey,
n. 27 IX 1805, Aachen,
m. 10 III 1881, Vaals.

SUBSTITUTI

*Pro P.e Schmitt,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Ioannes B. KALTENBACH.
Nominatus in Consultatione triennali, Bischenberg, X 1850,
Confirmatus a Rectore Maiore Trapanese, vi rescripti S. Congr. EE.RR., Roma, 17 XII 1850.

*Pro P.e Reyners,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Michael HEILIG.
Nominatus in Consultatione triennali, Bischenberg, X 1850,
Confirmatus a Rectore Maiore Trapanese, vi rescripti S. Congr. EE.RR., Roma, 17 XII 1850.

*Socius Procuratoris gen.lis* pro Congr. transalpina: Brixius QUELOZ,
n. 28 VIII 1802, Saint-Brais (Helvetia),
m. 30 I 1882, Roma.
Nominatus in Consultatione triennali, Bischenberg, X 1850.

*Procurator gen.lis Congregationis transalpinae*: Brixius QUELOZ,
nominatus appropinquante Capitulo gen.li an. 1855, per indultum apostolicum, Roma, 12 I 1855.

*Sedes Vicariatus* figitur in urbe Koblenz ad Rhenum, an. 1850.

*Negotia gravissima* Congregationis interim Romae tractari coepta sunt, quapropter P. Smetana a mense iulio usque ad octobrem an. 1853 Romae degit; die 8 oct. per decretum pontificium dispositiones emanatae sunt de domo Romae condenda tamquam residentia Superioris gen.lis et de celebrando Capitulo gen.li pro eo eligendo. Per decretum diei 27 maii 1854 Collegia in Statibus Pontificiis sita Congregationi transalpinae adiunguntur. Die 23 maii 1854 iterum Romam revertitur, ubi domus « Villa Caserta » dicta acquiritur, et die 15 aug. Capitulum gen.le convocatur.

*Renuntiat muneri* Vicarii gen.lis initio Capituli gen.lis, Roma, 2 maii 1855, in quo, eodem die, novus Superior gen.lis Mauron electus est.

*Roma relicta* (sept. 1857), sedem figit in Altötting (Bavaria).

*Mortuus*: Gars am Inn, 2 sept. 1871.

## IOSEPHUS VAIANO

Vicarius generalis Rectoris Maioris Trapanese 1853

*Natus*: Roccaraìnola, 23 sept. 1794.

*Professus*: 8 sept. 1819.

*Sacerdos*: Cava, 23 dec. 1820.

*Consultor gen.lis.* P.is Ripoli, electus in Consultatione gen.li 6 iun. 1845.

*Renuntiavit;* renuntiatio accepta est 18 maii 1846.

*Consultor gen.lis* Vicarii gen.lis Trapanese, nominatus per decretum pontificium, Napoli, 5 aug. 1849, usque ad decretum pont., Napoli, 1 iul. 1850. Iterum

*Consultor gen.lis* Rectoris Maioris Trapanese, nominatus per decretum pont., Napoli, 1 iul. 1850, usque ad electionem P.is Rectoris Maioris Lordi, Pagani, 4 maii 1854.

*Vicarius gen.lis* P.is Trapanese in Pagani, postquam ille residentiam Romae fixit, quin Consultores eum sequi possint, circa initium an. 1853.

*Cessat a munere* Vicarii, post nominationem Cardinalis Cosenza ad officium Visitatoris Apostolici domorum in regno neapolitano sitarum, Roma, 6 sept. 1853.

*Mortuus*: Caserta, 7 iun. 1861.

## FRANCISCUS ANSALONE

Vicarius generalis Cardinalis Cosenza,

Visitatoris Apostolici pro Congregatione in Regno utriusque Siciliae 1853,

Vicarius generalis 1854

*Natus*: Penta, 26 ian. 1817.

*Professus*: 8 sept. 1819.

*Sacerdos*: Cava, 3 apr. 1824.

*Consultor gen.lis* P.is Ripoli, electus in Consultatione gen.li 16 iun. 1846, usque ad decretum pontificium, Roma, 5 aug. 1849.

*Vicarius gen.lis,* institutus a Card.li Cosenza, Visitatore Apostolico pro Congregatione in regno neapolitano existente (6 sept. 1853).

*Cessat a munere* per electionem novi Rectoris Maioris Lordi, Pagani, 4 maii 1854.

*Consultor Secretarius* P.is Lordi, electus in Capitulo gen.li Pagani habito, die 10 maii 1854.

*Vicarius gen.lis pro Congregatione* in regno neapolitano, post mortem P.is Lordi, electus in Consultatione gen.li, Pagani, habita die 2 ian. 1855.

*Cessat a munere* per electionem novi Rectoris Maioris Berruti, Pagani, 9 mart. 1855.

*Consultor gen.lis* P.is Berruti, electus 10 mart. 1855.

*Mortuus*: Penta, 20 apr. 1882.

## IOSEPHUS LORDI

Rector Maior Congregationis in Regno utriusque Siciliae 1854

*Natus*: Muro Lucano, 21 ian. 1810.

*Professus*: 18 oct. 1826.

*Sacerdos*: Ariano, 22 sept. 1832.

*Consultor gen.lis* P.is Ripoli; eligitur in Consultatione gen.li 18 maii 1846.

*Renuntiavit;* renuntiatio accepta est 15 iun. eiusdem anni.

*Consultor gen.lis* P.is Trapanese; nominatur per decretum pontificium, Roma, 1 iul. 1850.

*Renuntiavit* initio mensis martii 1851.

*Rector Maior Congregationis in utroque regno Siciliae exsistentis*: eligitur a Capitulo gen.li, ad hoc convocato a Visitatore Apostolico Card. Cosenza, qui Capitulo praesidebat, Pagani, 4 maii 1854, in primo scrutinio (cum 31 votis ex 42).

*Renuntiavit* illico, sed a Card. Cosenza ad munus acceptandum obligatur.

### CURIA GENERALIS

qualis fuit a Capitulo gen.li an. 1854
usque ad Capitulum gen.le 1855

Electio habita 9 maii 1854

*Consultor*: Ioannes B. AMENDOLA.

*Consultor*: Aloisius TORTORA, et

*Admonitor*: die 10 maii.
n. 30 X 1800, Pagani,
m. 23 XII 1884, Marianella.

Electio habita 10 maii 1854

*Consultor*: Raphael NAPOLETANO,
n. 19 XII 1803, Nola,
m. 3 II 1869, Nola.

*Consultor*: Carmelus VALENTI,
n. 2 III 1798, Marino, Palermo,
Episcopus de Mazzara, praec. 27 IX 1858,
m. 22 IX 1882, Mazzara.
Renuntiavit in eadem sessione; accepta renuntiatione, pro eo electus est Taranto.

*Consultor*: Salvator SILVESTRIS,
n. 16 XII 1815, Bisceglie,
Episcopus de Conversano, 23 II 1872,
m. 13 II 1879, Conversano.

*Consultor*: Franciscus ANSALONE, et

*Secretarius*: eodem die, sessione sequente.

*Pro P.e Valenti,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Angelus M. TARANTO,
n. 2 II 1796, Castelvetere,
m. 6 VI 1868, Castelvetere.

*Procurator*: Michael VITTORIA,
n. 14 XI 1813, Avella,
m. 15 VII 1863, Gesualdo.

*Mortuus*: Pagani, 15 dec. 1854.

## CAELESTINUS M. BERRUTI

Rector Maior Congregationis in Regno utriusque Siciliae 1854-1869

*Natus*: Cinaglio apud Asti, 24 aug. 1804.

*Professus*: 6 ian. 1821.

*Sacerdos*: Narni, 10 mart. 1827.

*Consultor gen.lis* P.is Trapanese nominatur per decretum pontificium, Roma, 1 iul. 1850; die 5 iul. 1851 non iam inter Consultores numeratur.

*Rector Maior Congregationis in utroque regno Siciliae existentis* eligitur, a Capitulo gen.li, Pagani, 9 mart. 1855, in 7° scrutinio (cum 30 votis ex 41).

## CURIA GENERALIS
qualis fuit a Capitulo gen.li an. 1855
usque ad unionem cum Congregatione transalpina, 17 sept. 1869

Electio habita 10 III 1855

*Consultor*: Franciscus LA NOTTE,
n. 21 XI 1806, Bisceglie,
m. 7 III 1886, Napoli.

*Consultor*: Franciscus ANSALONE, et
*Admonitor*: 11 III 1855.

*Consultor*: Raphael NAPOLETANO, et
*Secretarius*: 11 III 1855, cui successit 1869 De Risio.

Electio habita 11 III 1855

*Consultor*: Raphael FUSCO,
n. 7 IV 1825, Agerola,
m. 10 XI 1888, Lettere.
Renuntiavit in ipsa sessione; accepta renuntiatione, pro eo eligitur Caccese.

*Consultor*: Raphael TOCCO,
n. 3 X 1797, Tropea.
m. 6 XII 1876, Tropea.

*Consultor*: Aloisius BALDUCCI,
n. 10 I 1804, Corato,
m. 18 II 1883, Pagani.

*Pro P.e Fusco,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Crescentius M. CACCESE,
n. 1 V 1786, Montecalvo,
m. 6 VIII 1863, Caposele.
Renuntiavit 15 VI 1857; renuntiatio accepta est 3 VII 1857, cui successit Tortora.

*Procurator*: Michael VITTORIA.
Ei successit 1861 De Gloria, 1869 Ortega de Luna.

SUBSTITUTI

*Pro P.e Caccese,*
qui renuntiavit

*Consultor*: Aloisius TORTORA.
Electus: 5 VII 1857.

*Pro defuncto P.e Vittoria*

*Procurator*: Nicolaus DE GLORIA,
n. 8 X 1815, Polla,
m. 11 VII 1869, Pietrapaola (Calabria).
Electus, ut videtur, an. 1861 ut adiutor Procuratoris, cui post eiusdem mortem in munere successit.

*Pro defuncto P.e De Gloria*

*Procurator*: Vincentius M. Ortega de Luna,
n. 23 VIII 1819, Napoli,
m. 2 IX 1892, Angri.
Electus 29 III 1869, vivente adhuc P.e De Gloria, qui aut renuntiavit, aut inhabilis erat.

*Pro defuncto P.e Napoletano*

*Consultor*: Alexander De Risio,
n. 1 X 1823, Scerni (prov. Chieti),
Archiepiscopus in Santa Severina, 6 V 1872,
Archiep. titularis de Stauropolis, 30 XI 1896,
m. 20 IV 1901, Pagani.
Electus ad munus Consultoris: 3 III 1869.

*Suppressio tredecim Collegiorum vel domuum*, 1866, vi legum regni Italiae, ita ut magnus Congregatorum numerus extra domos religiosas, in familiis propriis, vivere cogeretur; inde magnae difficultates pro regimine et pro observantia. Hae et aliae circumstantiae, imprimis cessatio « regalismi borbonici » (1860), viam ad unionem cum Congregatione transalpina complanabant.

*Cessat a munere*, in actu unionis cum Congregatione transalpina, vi rescripti pontificii, Roma, 17 sept. 1869.

*Continuat* regere duas provincias, neapolitanam scil. et siculocalabram « per omnem vitam suam, retinens honoris causa titulum *Rectoris Maioris harum provinciarum* ».

*Mortuus*: Resina, 18 maii 1872.

## NICOLAUS MAURON

Superior generalis et Rector Maior Congregationis transalpinae 1855-1869,
Superior generalis et Rector Maior totius Congregationis 1869-1893

*Natus*: Sankt Silvester (Cant. Fribourg), 7 ian. 1818.

*Professus*: Fribourg, 18 oct. 1837.

*Sacerdos*: Fribourg, 17 mart. 1841.

*Provincialis* prov. Gallico-Helveticae, 1 ian. 1851-2 maii 1855.

*Superior generalis et Rector Maior Congregationis transalpinae*: electus in Capitulo gen.li, Romae habito, 2 maii 1855, in 11° scrutinio (cum 22 votis ex 27).

*Superior generalis et Rector Maior totius Congregationis Ss.mi Redemptoris,* die 17 sept. 1869, in actu unionis totius Instituti.

CURIA GENERALIS

qualis fuit a Capitulo gen.li an. 1855

usque ad Cap. gen.le 1894

Electio habita 19 VII 1855

*Consultor*: Theodorus LELOUCHIER, ex prov. Gallico-Helvetica.
n. 23 XII 1814, Mons,
m. 18 I 1891, Roma, cui successit 1891 Oomen.

*Consultor*: Franciscus VERHEIJEN, ex vice-prov. Hollandico-Anglica.
*Admonitor*: electus eodem die.
n. 10 X 1813, Amsterdam,
m. 21 XI 1876, Roma, cui successerunt 1876 Ulrich, 1893 Desurmont.

*Consultor*: Michael HARINGER, ex prov. Germanica,
n. 9 XI 1817, Burgkirchen (Bavaria),
m. 19 IV 1887, Roma, et
*Secretarius*: electus eodem die, cui successerunt 1887 Eichelsbacher, 1889 Raus.

*Consultor*: Bartholomaeus PAJALICH, ex prov. Austriaca.
n. 17 I 1791, Besca,
m. 3 IV 1863, Roma, cui successerunt 1863 Mangold, 1875 Stix, 1883 Dilgskron.

*Consultor*: Eduardus DOUGLAS, ex prov. Romana.
n. 1 XII 1819, Edinburgh,
m. 23 III 1898, Roma.

*Consultor*: Vincentius MACCHIUSI, ex prov. Romana.
n. 1 XI 1801, Cerchio,
m. 27 XI 1875, Scifelli (ubi ab an. 1859 usque ad an. 1865 Rector Collegii fuit), cui successerunt 1875 Pigioli, 1889 Mautone, 1893 D'Amora.

*Procurator*: Brixius QUELOZ, ex prov. Gallico-Helvetica.
Renuntiavit 23 I 1882, cui successit 1882 Martinelli.

Ordo praecedentiae Consultorum secundum professionem: Pajalich, Lelouchier, Macchiusi, Verheijen, Haringer, Douglas.

SUBSTITUTI

*Pro defuncto P.e Pajalich*

*Consultor*: Adamus MANGOLD, ex prov. Austriaca.
n. 2 XII 1806, Bischofswart (Nieder-Österreich),
m. 21 IV 1875, Wien.
Electus 5 VI 1863.

*Pro defuncto P.e Mangold*

*Consultor*: Leopoldus STIX, ex prov. Austriaca.
n. 31 X 1817, Hippelsberg bei Ottnang,
m. 31 VIII 1883, Scifelli.
Electus post 21 IV 1875.

*Pro defuncto P.e Macchiusi*

*Consultor*: Josephus PIGIOLI, ex prov. Romana.
n. 10 IV 1822, Benedello,
m. 15 I 1889, Frosinone.
Electus post 27 XI 1875.

*Pro defuncto P.e Verheijen*

*Consultor*: Michael ULRICH, ex prov. Gallico-Helvetica.
n. 20 IX 1834, Bergheim,
m. 2 VIII 1903, Attert.
Electus post 21 XI 1876,
Renuntiavit 28 VII (?) 1893.

*Pro defuncto P.e Queloz*

*Procurator*: Hermes MARTINELLI, ex prov. Romana.
n. 6 II 1842, Verica,
m. 10 VII 1925, Modena.
Electus: 20 VII 1882.

*Pro defuncto P.e Stix*

*Consultor*: Carolus DILG VON DILGSKRON, ex prov. Austriaca.
n. 31 VIII 1843, Wien,
m. 1 VI 1912, Wien.
Electus: 27 XI 1883.

*Pro defuncto P.e Haringer*

*Consultor Secretarius*: Ioannes B. EICHELSBACHER, ex prov. Germaniae Sup.
n. 4 V 1820, Grossostheim,
m. 8 I 1889, Roma.
Electus: 24 IV 1887.

*Pro defuncto P.e Eichelsbacher*

*Consultor Secretarius*: Matthias RAUS, ex prov. Gallico-Helvetica.
n. 9 VIII 1829, Aspelt (Luxemburg),
m. 9 1917, Bertigny, Fribourg.
Electus: 21 I 1889 (inde ab an. 1894 Rector Maior).

*Pro defuncto P.e Pigioli*

*Consultor*: Vincentius MAUTONE, ex prov. Neapolitana.
n. 13 VIII 1827, Marigliano,
m. 24 XII 1912, Frosinone.
Electus: 21 I 1889,
Renuntiavit 28 VII 1893.

*Pro defuncto P.e Lelouchier*

*Consultor*: Petrus OOMEN, ex prov. Hollandica.
n. 7 XI 1835, Den Hout,

m. 20 III 1910, Amsterdam.
Electus: 4 III 1891.

*Pro P.e Mautone,*
qui muneri suo renuntiavit

*Consultor*: Stanislaus D'AMORA, ex prov. Neapolitana.
n. 18 XI 1833, Castellamare di Stabia,
m. 10 III 1895, Pagani.
Electus: 10 VIII 1893 (post obitum P.is Mauron).

*Pro P.e Ulrich,*
qui muneri suo renuntiavit

*Consultor*: Achilles DESURMONT, ex prov. Gallico-Helvetica.
n. 23 XII 1828, Tourcoing,
m. 23 VII 1898, Thury-en-Valois.
Electus: 10 VIII 1893 (post obitum P.is Mauron).

*Mortuus*: Roma, 13 iul. 1893.

## MATTHIAS RAUS

Vicarius generalis 1893-1894

Superior generalis et Rector Maior 1894-1909

*Natus*: Aspelt (Luxemburg), 9 aug. 1829.
*Professus*: St.-Nicolas-du-Port, 1 nov. 1853.
*Sacerdos*: 8 aug. 1858.
*Visitator viceprov. Hispaniae* 1882.
*Consultor gen.lis* Rectoris Maioris Mauron, electus 21 ian. 1889.
*Vicarius gen.lis*, post obitum P.is Mauron († 13 iul. 1893), vi designationis ab eo vivente factae (die 27 oct. 1892).
*Superior generalis et Rector Maior*: electus in Capitulo gen.li, Roma, 1 mart. 1894 in septimo scrutinio (cum 36 votis ex 47).

### CURIA GENERALIS

qualis fuit a Capitulo gen.li an. 1894
usque ad Capitulum gen.le 1909

Electio habita 20 IV 1894

*Consultor Secretarius*: Ernestus BRESCIANI, ex prov. Romana, pro regione Italica.
n. 29 I 1838, Finale,

m. 7 IX 1919, Roma.
Renuntiavit muneri secretarii, 19 X 1907, cui successit Reuss.

*Consultor*: Augustinus BERTHE, ex prov. Gallico-Helvetica, pro regione Gallica.
n. 15 VIII 1830, Merville,
m. 22 XI 1907, Roma.
Renuntiavit, propter gravem infirmitatem, 14 X 1907, cui successit Reuss.

*Consultor*: Carolus DILG VON DILGSKRON, ex prov. Austriaca, pro regione Germanica.

*Consultor Admonitor*: Ernestus DUBOIS, ex prov. Belgica, pro regione Hollandico-Belgica.
n. 23 VI 1835, Verviers,
m. 25 VIII 1911, Jette.

*Consultor*: Iosephus SCHWARZ, ex prov. S. Ludovici, pro regione Americana.
n. 1 VIII 1849, New Orleans,
m. 31 I 1927, Roma.

*Consultor*: Ioannes Ev. MAGNIER, ex prov. Anglica, pro regione Britannica.
n. 9 VI 1842, Kildorrery (Eire),
m. 12 II 1914, Belfast.

*Procurator*: Petrus OOMEN, ev prov. Hollandica.

Ordo praecedentiae Consultorum secundum professionem: Bresciani, Dubois, Berthe, Dilgskron, Magnier, Schwarz.

SUBSTITUTUS
*Pro P.e Berthe*
qui renuntiavit

*Consultor*: Franciscus X. REUSS, ex vice-prov. Alsatia-Lotharingia.
n. 2 IX 1842, Bergheim,
m. 13 II 1925, Roma.
Electus: 14 X 1907; et

*Secretarius*, post renuntiationem P.is Bresciani, 19 X 1907.

*Renuntiavit muneri* (propter corporis infirmitatem) in Capitulo gen.li Roma habito, 27 apr. 1909.
*Sedem sibi elegit* Collegium Bischenberg (Alsatia), sed
*Mortuus est* Fribourg (Bertigny), 9 maii 1917.

## PATRICIUS MURRAY

Superior generalis et Rector Maior 1909-1947.

*Natus*: Termon (Eire), 24 nov. 1865.
*Professus*: Bishop Eton (Liverpool), 23 oct. 1889.

*Sacerdos*: Teignmouth, 10 sept. 1890.

*Provincialis prov. Hibernicae*: 17 mart. 1907 - 1 maii 1909.

*Superior generalis et Rector Maior* electus a Capitulo gen.li, Romae habito, die 1 maii 1909, in vigesimo sexto scrutinio (cum 38 votis ex 55).

CURIA GENERALIS
qualis fuit a Capitulo gen.li an. 1909
usque ad Cap. gen.le 1947

Electio habita 3 VI 1909

*Consultor*: Aemilius IACOVETTI, ex prov. Neapolitana, pro regione Italica.
n. 17 III 1834, Castel S. Vincenzo,
m. 7 I 1918, Pagani, cui successerunt 1918 Di Coste, 1933 Mazzei.

*Consultor*: Ioannes B. FAVRE, ex prov. Lugdunensi, pro regione Gallica, et *Admonitor* eodem die.
n. 8 VIII 1864, Lyon,
m. 14 V 1943, Toulouse.
Renuntiavit muneri propter gravem infirmitatem (Litt. circ. n. 27, Roma, 21 VII 1912), cui suffectus est, in Consultatione gen.li, 12 X 1912 ut *Consultor* Allet, et 22 X 1912 ut *Admonitor* Speidel, qui munus Secretarii demisit, quod assumpsit Hudeček. P.i Allet successit 1915 Sordet.

*Consultor*: Ioannes de Matha HUDEČEK, ex prov. Pragensi, pro regione Germanica, et

*Secretarius*, post renuntiationem P.is Speidel; electus 22 X 1912, cui successit in eodem munere, 1915 Sordet.
n. 4 II 1870, Kostelec (Moravia).

*Consultor*: Gulielmus VAN ROSSUM, ex prov. Hollandica, pro regione Hollandico-Belgica.
n. 3 IX 1854, Zwolle,
Cardinalis creatus: 27 XI 1911,
m. 30 VIII 1932, Maastricht, cui successerunt 1912 Ter Haar, 1936 Schrijvers, 1945 Lévesque.

*Consultor*: Fidelis SPEIDEL, ex prov. Baltimorensi, pro regione Americana, et

*Secretarius*: eodem die, in quo munere successit 1912 Hudeček, et 1915 Sordet.
n. 18 VII 1854, Jungingen (Baden),
m. 19 IV 1928, Roma, cui successit 1928 McEnniry.

*Consultor*: Iacobus COTTER, ex prov. Anglica, pro regione Britannica.
n. 4 IV 1870, Liverpool,
m. 14 XI 1938, Brescia, cui successerunt 1931 Haig et Bullen, 1944 McMullan.

*Procurator*: Iosephus SCHWARZ, ex prov. S. Ludovici,
n. 1 VIII 1849, New Orleans,
m. 31 I 1927, Roma, cui successerunt 1927 Lémieux, 1931 Lutz.

SUBSTITUTI

*Pro P.e Van Rossum,*
qui Cardinalis S.R.E. creatus est 27 XI 1911

*Consultor*: Franciscus Seraph. TER HAAR, ex prov. Hollandica,
Electus: 7 XII 1911, et
*Admonitor*: electus 14 V et 9 X 1928,
n. 25 VI 1857, Denekamp,
m. 4 VI 1939, Roma.
Renuntiatio accepta 24 V 1936.

*Pro P.e Favre,*
qui renuntiavit 1912

*Consultor*: Othmarus ALLET, ex prov. Hispanica,
n. 21 VII 1851, Leuk (Helvetia),
m. 19 XI 1914, Roma.
Electus: 12 X 1912.

*Pro defuncto P.e Allet*

*Consultor*: Augustus SORDET, ex prov. Lugdunensi.
n. 14 V 1867, Rambervillers,
m. 17 XI 1950, Gannat.
Electus: 26 II 1915, et
*Secretarius*: eodem die.

*Pro defuncto P.e Iacovetti*

*Consultor*: Antonius Pat. DI COSTE, ex prov. Neapolitana.
n. 1 V 1865, Francavilla Fontana,
m. 13 VII 1944, Napoli.
Electus: 4 III et confirmatus 11 III 1918.
Renuntiavit: 20 XI 1933.

*Pro defuncto P.e Schwarz*

*Procurator*: Alfonsus LÉMIEUX, ex prov. S. Annae Pulchriprati.
n. 27 II 1858, Québec,
m. 13 III 1931, Roma.
Electus: 2 II 1927.

*Pro defuncto P.e Speidel*

*Consultor*: Christophorus MCENNIRY, ex prov. S. Ludovici.
n. 23 III 1878, Greenbush.
Electus: 11 VII 1928.

*Pro P.e Cotter,*
qui inde ab initio an. 1931 inhabilis factus est

*Consultor*: Guglielmus HAIG, ex prov. Anglica.
n. 7 VI 1872, London,
m. 6 I 1951, Hawkstone.

Provisorie electus: 16 II, definitive 9 III 1931; sed immediate renuntiavit;
renuntiatio accepta est 23 III 1931.

*Pro P.e Haig,*
qui renuntiavit 23 III 1931

*Consultor*: Ioannes Ev. BULLEN, ex prov. Anglica.
n. 24 VII 1877, Great Crosby,
m. 7 I 1943, Gannat.
Electus: 23 III 1931.

*Pro defuncto P.e Lémieux*

*Procurator*: Ferdinandus LUTZ, ex prov. Baltimorensi.
n. 16 I 1877, New York.
Electus: 23 III 1931.

*Pro P.e Di Coste,*
qui renuntiavit 20 XI 1933

*Consultor*: Michael MAZZEI, ex prov. Neapolitana.
n. 9 III 1878, Calvello.
m. 25 VII 1954, Pagani.
Electus: 28 XI 1933.

*Pro P.e Ter Haar,*
qui renuntiavit 24 V 1936

*Consultor*: Iosephus SCHRIJVERS, ex prov. Belgica.
n. 19 XII 1876, Zutendaal,
m. 4 III 1945, Roma.
Electus: 24 V 1936.

*Pro defuncto P.e Bullen*

*Consultor*: Alexander McMULLAN, ex prov. Australasia.
n. 25 XI 1880, Corkey (Eire).
Electus: 20 XI 1944.

*Pro defuncto P.e Schrijvers*

*Consultor*: Ludovicus Philippus LÉVESQUE, ex prov. S. Annae Pulchriprati.
n. 21 IX 1890, St.-Antonin.
Electus: 20 VIII 1945.

*Renuntiavit muneri* (propter corporis infirmitatem), in Capitulo gen.li, Romae habito, 26 apr. 1947.
*Sedem sibi elegit* Collegium Limerick (prov. Hibernica).

## LEONARDUS BUIJS

Superior generalis et Rector Maior 1947-1953

*Natus*: Sommelsdijk (Neerlandia), 8 dec. 1896.
*Professus*: s'Hertogenbosch, 29 sept. 1916.

*Sacerdos*: Wittem, 11 ian. 1922.

*Superior generalis et Rector Maior*: electus in Capitulo gen.li, Romae habito, 30 apr. 1947 in nono scrutinio (cum 51 votis ex 69).

CURIA GENERALIS
qualis fuit a Capitulo gen.li an. 1947
usque ad Capitulum gen.le 1954

Electio habita 23 V 1947

*Consultor*: Benedictus D'ORAZIO, ex prov. Romana, pro regione Italica.
n. 27 I 1881, Alatri.

*Consultor*: Leo QUITTELIER, ex prov. Parisiensi, pro regione Gallico-Hispanica.
n. 8 III 1887, Comines, et

*Admonitor*: eodem die.

*Consultor*: Carolus Borr. SZRANT, ex prov. Polonica, pro regione Germanico Slavica; Consultor slavus.
n. 28 X 1886, Pniewy.

*Consultor*: Engelbertus ZETTL, ex prov. Germaniae Sup., pro regione Germanico-Slavica; Consultor germanus.
n. 6 X 1898, Altmühldorf.

*Consultor*: Albertus VAN BIERVLIET, ex prov. Belgica, pro regione Belgico-Hollandica.
n. 5 II 1886, Gent, et

*Secretarius*: eodem die.

*Consultor*: Ioannes a Cruce KEOGH, ex prov. Torontina, pro regione Americana.
n. 29 XI 1896, Colgan.

*Consultor*: Alexander McMULLAN, ex prov. Australasia, pro regione Anglico-Hibernica.

*Procurator*: Ferdinandus LUTZ, ex prov. Baltimorensi.

Ordo praecedentiae Consultorum secundum professionem: D' Orazio, McMullan, Van Biervliet, Quittelier, Szrant, Keogh, Zettl.

*Mortuus*: Innsbruck, 27 iun. 1953.

## LEO QUITTELIER

Vicarius generalis 1953-1954

*Natus*: Comines (Dep. Nord), 8 mart. 1887.
*Professus*: Glimes, 15 aug. 1905.

*Sacerdos*: Essen (Belg.), 21 sept. 1910.

*Provincialis prov. Parisiensis*: 1930-1947.

*Consultor gen.lis* et *Admonitor* Rectoris Maioris P.is Buijs, electus in Capitulo gen.li, Romae habito, die 23 maii 1947.

*Vicarius gen.lis*, post obitum P.is Buijs († 27 iun. 1953), vi designationis, ab eo vivente factae (die 2 iul. 1947).

*Cessat a munere* per electionem novi Rectoris Maioris Gaudreau, in Capitulo gen.li, Romae habito, die 6 febr. 1954.

## GULIELMUS GAUDREAU

Superior generalis et Rector Maior ab an. 1954

*Natus*: South Braintree (Massachusetts), 24 sept. 1897.

*Professus*: Ilchester, 2 aug. 1922.

*Sacerdos*: Esopus, 19 iun. 1927.

*Viceprovincialis viceprovinciae* « de Aquidauana » (nunc «de Campo Grande»), 16 apr. 1939 - 8 oct. 1950.

*Superior generalis et Rector Maior* electus in Capitulo gen.li, Romae habito, 6 febr. 1954, in secundo scrutinio (cum 64 votis ex 80).

### CURIA GENERALIS

qualis est a Capitulo gen.li an. 1954

Electio habita 26 II 1954

*Consultor*: Salvator GIAMMUSSO, ex prov. Sicula, pro regione Italica.
n. 20 I 1908, Ravanusa.

*Consultor*: Iosephus PEDRERO GARCÍA, ex prov. Hispanica, pro regione Gallo-Hispanica, et

*Secretarius*: eodem die.
n. 9 IV 1905, Morernela de Tébara.

*Consultor*: Aloisius POHL, ex prov. Germaniae Infer., pro regione Europae Centralis.
n. 24 VIII 1911, Ohligs Solingen.

*Consultor*: Hermannus BODDEKE, ex prov. Hollandica, pro regione Belgico-Neerlandica.
n. 11 X 1894, Amsterdam.

*Consultor*: Guglielmus GRANGELL, ex viceprov. Novae Aureliae, pro regione Americae Septentrionalis.
n. 30 XII 1893, New Orleans.

*Consultor*: Franciscus HAWKINS, ex prov. Anglica, pro regione Anglo-Hibernico-Australasica.
n. 14 V 1906, Sunderland.

*Consultor*: Carolus Borr. SZRANT, ex prov. Polonica, pro regione Slavica, et

*Admonitor*: eodem die.

*Consultor*: Alfonsus SCHWINDT, ex prov. Bonaerensi, pro regione Americae Meridionalis.
n. 24 XII 1904, Hinojo (Argentina).

Electio habita 27 II 1954

*Procurator*: Albertus VAN BIERVLIET, ex prov. Belgica.

*Oeconomus*: Iosephus TRONSON, ex prov. Hibernica.
n. 19 III 1913, Howth.

Ordo praecedentiae secundum professionem: Szrant, Grangell, Boddeke, Schwindt, Pedrero, Giammusso, Hawkins, Pohl.

## CONCLUSIONES

Liceat nobis, post hanc sat magnam congeriem notitiarum de nostris Superioribus generalibus eorumque Consultorum ac Vicariorum, breviter aliqua excerpere complectendo res supra per longum et latum expositas, sub variis respectibus particularibus.

### I. DE SUPERIORIBUS GENERALIBUS

Primo excerpimus seriem Generalium, ad notitias extremas regiminis reductam, quo uno oculorum ictu uniuscuiusvis Rectoris Maioris gubernandi tempus facile desumi potest.

#### 1. - *Conspectus brevis Rectorum Maiorum*

| | |
|---|---|
| S. ALFONSUS M. de Liguori | 1 V 1743 - 25 V 1762 |
| | 25 V 1762 - 16 VIII 1783 |
| | habet Vicarium generalem propter episcopatum |
| | 16 VIII 1783 - 1 VIII 1787 |
| | habet Coadiutorem cum iure successionis |
| DE PAOLA Franciscus | 25 IX 1780 - 4 VII 1783 |
| | Praeses Congregationis iuris pontificii |
| | 4 VII 1783 - 12(23) III 1793 |
| | Rector M. et Superior Gen.lis |
| VILLANI Andreas | 3 VIII 1787 - 11 IV 1792 |
| BLASUCCI Petr. Paul. | 12 III 1793 - 13 IV 1817 |

| | |
|---|---|
| Mansione Nicolaus | 26 IX 1817 - 13 XII 1823 |
| Cocle Caelestinus M. | 11 VI 1824 - 13 X 1831<br>ren. propter episcopatum; † 2 III 1857 |
| Ripoli Ioann. Camillus | 29 V 1832 - 14 IV 1849<br>† 16 II 1850 (vide Trapanese) |
| Trapanese Vincentius | 14 IV 1849 - 20 VI 1850<br>Vicarius gen.lis cum potestate Rectoris Maioris<br>20 VI 1850 - 6 IX 1853<br>Rector Maior pleno iure<br>6 IX 1853 - 6 V 1854<br>- 2 V 1855<br>potestas regiminis quiescit; † 17 I 1856 |
| Lordi Iosephus | 4 V 1854 - 15 XII 1854<br>Rect. M. Congregationis in utroque regno Siciliae |
| Berruti Caelestinus M. | 9 III 1855 - 17 IX 1869<br>Rect. M. Congregationis in utroque regno Siciliae; † 18 V 1872 |
| Mauron Nicolaus | 2 V 1855 - 17 IX 1869<br>Rector Maior et Superior generalis Congr. transalpinae<br>17 IX 1869 - 13 VII 1893<br>Rector M. et Sup. gen.lis totius Congregationis unitae |
| Raus Matthias | 1 III 1894 - 27 IV 1909<br>renuntiavit; † 9 V 1917 |
| Murray Patricius | 1 V 1909 - 26 IV 1947<br>renuntiavit |
| Buijs Leonardus | 30 IV 1947 - 27 VI 1953 |
| Gaudreau Guglielmus | 6 II 1954 |

Sequitur alia series, disposita scilicet secundum longinquitatem guberniorum singulorum Generalium.

## 2. - *Conspectus temporis gubernii singulorum Generalium*

| | |
|---|---|
| 7 menses | Lordi |
| 3(4) anni | Trapanese (computando etiam tempus Vicariatus, vel solum tempus gubernii sub titulo explicito Rectoris Maioris) |
| 5 anni | Villani |
| 6 anni | Mansione |
| 6 anni | Buijs |
| 7 anni | Cocle |
| 10 anni | Di Paola (sub titulo explicito Rectoris Maioris; computans etiam tempus quo sub titulo Praesidis gubernabat, habentur 13 anni) |

| | | |
|---|---|---|
| 13 | anni | Berruti |
| 14 | anni | Blasucci |
| 15 | anni | Raus |
| 18 | anni | Ripoli |
| 19 | anni | S. Alfonsus, usque ad episcopatum |
| 38 | anni | Mauron |
| 38 | anni | Murray |
| 40 | anni | S. Alfonsus, usque ad electionem Coadiutoris |
| 44 | anni | S. Alfonsus, a prima electione usque ad mortem |

Demum praesentamus quandam « statisticam » aliquarum circumstantiarum particularium quae non sine curiositate conspici valeat.

### 3. - *Superiores generales qui episcopi electi sunt*

S. ALFONSUS, an. 1762.

COCLE, an. 1831.

### 4. - *Superiores generales qui muneri renuntiaverunt*

COCLE, an. 1831, propter elevationem ad dignitatem episcopalem.

RAUS, an. 1909, propter gravem aetatem et consequentem corporis infirmitatem.

MURRAY, an. 1947, propter easdem rationes ac P. Raus.

### 5. - *Superiores generales qui, vita durante, iam successorem habuerunt*

S. ALFONSUS, qui propter gravem aetatem et consequentem corporis infirmitatem « coadiutorem cum iure successionis » habuit, 1783-1787, scil. P.em Villani.

RIPOLI, cui, propter gravem infirmitatem inhabili facto, a S. Sede Vicarius generalis datus est, cum omnibus iuribus et facultatibus ipsius Rectoris Maioris, 1849-1850, scil. P. Trapanese.

### 6. - *Superiores generales qui partem tantum totius Instituti gubernabant*

S. ALFONSUS, 1780-1787. - Separatione a S. Sede an. 1780 peracta, Congregationis pars quae in Statibus Pontificiis exsistebat, canonice tamquam vera et authentica « Congregatio Ss. Redemptoris », a Sede apostolica agnita

et approbata est, dum Institutum, in regno neapolitano exsistens, constrictum erat ad observandum « regolamento » regium, in grave detrimentum Regulae pontificiae, a Benedicto XIV approbatae.

VILLANI, qui idem Institutum neapolitanum gubernare continuabat, 1787-1792 (i.e. usque ad suam mortem); ille vero iam operam dare coepit ut unio restitueretur, postquam « regolamento » regium, an. 1790, cessaverat, et penitus abolitum fuit.

DI PAOLA, qui Congregationem, a S. Sede agnitam, gubernavit, 1780 usque ad unionem, 1793, primum cum titulo « Praesidis », postea (1783), cum titulo « Rectoris Maioris et Superioris generalis ».

TRAPANESE, alterius separationis causa, quam iterum ipsa S. Sedes an. 1853 operabatur, ita ut « Congregatio in regno utriusque Siciliae exsistens » et « Congregatio transalpina » duas partes eiusdem Instituti, independentes, formarent; ipse Trapanese, quamvis continuasset esse Rector Maior totius Instituti, tamen in eiusdem ambas partes gubernium exercere non valuit.
Inde ab electione propriorum Rectorum Maiorum ambarum partium Congregationis, habebantur duo Superiores supremi, cum gubernio limitato ad unumquodque Institutum. Cessaverat itaque P. Trapanese esse Rector Maior pro Congregatione « neapolitana », cum electione P.is Lordi, 1854, pro Congregatione transalpina, cum electione P.is Mauron, 1855.

LORDI, 1854, Rector Maior « Congregationis in utroque regno Siciliae exsistentis ».

BERRUTI, 1855-1869, item Rector Maior Congregationis « neapolitanae ».

MAURON, 1855-1869, Rector Maior « et Superior generalis » Congregationis transalpinae, usque ad unionem totius Instituti, 17 IX 1869.

## 7. - *Aetas Superiorum generalium, quando ad munus adsumpti sunt, quando a munere cessarunt, vel mortui sunt*

| | Aetas tempore electionis | | Aetas tempore vel cessationis vel mortis | |
|---|---|---|---|---|
| S. Alfonsus | anni | 47 | anni | † 91 |
| De Paola | anni | 43 | anni 56 | † 77 |
| Villani | | | | |
| *Coadiutor* | anni | 77 | | |
| *Rector Maior* | anni | 81 | anni | † 86 |
| Blasucci | anni | 64 | anni | † 88 |
| Mansione | anni | 76 | anni | † 82 |
| Cocle | anni | 41 | anni 48 | † 74 |
| Ripoli | anni | 52 | anni 69 | † 70 |
| Trapanese | | | | |
| *Vicarius* | anni | 47 | | |
| *Rector Maior* | anni | 48 | anni 53 | † 54 |
| Lordi | anni | 44 | anni | † 44 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Berruti | anni | 51 | anni 65 | † 68 |
| Mauron | anni | 37 | anni | † 75 |
| Raus | anni | 65 | anni 80 | † 88 |
| Murray | anni | 44 | anni 82 | |
| Buijs | anni | 51 | anni | † 57 |
| Gaudreau | anni | 57 | | |

## 8. - *De titulo canonico moderatorum generalium*

Inde ab electione s. Alfonsi, an. 1743, titulus canonicus supremi moderatoris Instituti fuit « Rector Maior », ex eo depromptus, quod, praeter Rectores « locales » non exsistebant alii superiores intermedii; supremus itaque moderator considerabatur tamquam Rectorum « Rector *Maior* ».

Quando in variis occasionibus et documentis agebatur de eventuali divisione totius corporis Instituti in provincias, harum superiores designati sunt verbo potius « delegatus » vel « vicarius provincialis »; sed quando S. Sedes P.em De Paola constituit supremum moderatorem Congregationis, canonice in Statibus Pontificiis exsistentis, eum vocari voluit « *Superior Generalis* et *Rector Maior* ».

Cum denique divisio provinciarum, inde ab an. 1841, stabiliter introduceretur, sed a Congregatione tantum transalpina acceptaretur, ibi Vicarius generalis regimen tenebat, dum moderatores provinciarum « Superiores provinciales » vocantur.

Quando vero, an. 1854 et 1855, de eligendo supremo moderatore Congregationis transalpinae agebantur, reassumptus est titulus *Superior generalis et Rector Maior,* qui ex eo tempore vigere continuat.

# II. De Vicariis generalibus

## *Conspectus brevis Vicariorum generalium Rectorum Maiorum*

| | | |
|---|---|---|
| VILLANI Andreas | post | 25 V 1762 - 26 VI 1780<br>V. G. s. Alfonsi episcopi |
| CORRADO Barth. Matthias | | 26 VI 1780 - 16 VIII 1783<br>V. G.s. Alfonsi episcopi |
| VILLANI Andreas | | 16 VIII 1783 - 3 VIII 1787<br>Coadiutor s. Alfonsi cum iure successionis |
| MAZZINI Ioannes | post | 11 IV 1792 - 3 XII 1792<br>V. G. post mortem Villani |
| CORRADO B.M. | | 26 II 1793 - 12 III 1793<br>V. G. post mortem Mazzini |
| CARDONE Ios. Caietanus | | 2 III 1798 - 21 XI 1799<br>V. G. pro Blasucci a regia auctoritate deposito |

| | | |
|---|---|---|
| MANSIONE Nicolaus | | 13 VI 1817 - 26 IX 1817<br>V. G. post mortem Blasucci |
| DI PAOLA Iosephus | | 13 XII 1823 - 11 VI 1824<br>V. G. post mortem Mansione |
| PANZUTI Blasius | | 13 X 1831 - 29 V 1832<br>V. G. post renunt. Cocle |
| TRAPANESE Vincentius | | 14 IV 1849 - 20 VI 1850<br>V. G. pro Ripoli inhabili |
| VAIANO Iosephus | fine 1852, | initio 1853 - 6 IX 1853<br>V. G. pro Trapanese (in regno neapolitano) |
| ANSALONE Franciscus | | 6 IX 1853 - 6 III 1854<br>V. G. nomine Cardinalis Cosenza, Visitatoris Apostolici |
| ANSALONE Franciscus | | 2 I 1855 - 9 III 1855<br>V. G. post mortem Lordi |
| RAUS Matthias | | 13 VII 1893 - 1 III 1894<br>V. G. post mortem Mauron |
| QUITTELIER Leo | | 27 VI 1953 - 6 II 1954<br>V. G. post mortem Buijs |

Quattuor ex his Vicariis postea electi sunt Rectores Maiores: *Villani*, post mortem s. Alfonsi, vel melius, ei successit vi iuris successionis quod tamquam coadiutor sancti Alfonsi acceperat; *Mansione* qui successit P.i Blasucci; *Trapanese*, qui pro P.e Ripoli, inhabili propter corporis infirmitatem, successit, a S. Sede nominatus; et *Raus*, qui P.i Mauron successit.

## III. DE VICARIIS GENERALIBUS CONGREGATIONIS TRANSALPINAE

*Conspectus brevis Vicariorum generalium Congregationis transalpinae*

| | | |
|---|---|---|
| S. CLEMENS M. HOFBAUER | 31 V 1788-1793 | V. G. nomine P.is De Paola |
| | 1793-1817 | V. G. nomine P.is Blasucci |
| | 1817-1820 | V. G. nomine P.is Mansione. |

Epistolae seu litterae patentes nominationis Rectorum Maiorum Blasucci et Mansione deperierunt.

| | | |
|---|---|---|
| PASSERAT Iosephus Amand. | 30 V 1820 | Nominatur V. G. P.is Mansione |
| | 28 VII 1824 | nominatur V. G. P.is Cocle |
| | 12 IV 1833 | nominatur V. G. (Delegatus) P.is Ripoli « ad annum » |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 1 III 1834 et | | |
| | 20 VIII 1834 | | nominatur « ad beneplacitum » P.is Ripoli |
| | 2 VII 1841 | | nominatur V. G. auctoritate S. Sedis. |
| | | 1848 6 VI | renuntiat in manus Summi Pontificis |
| von Smetana Rudolfus | 1 VI 1850 | | nominatur a S. Sede |
| | | 1855 2 V | renuntiat |

Notetur differentia iuridica Vicariatus transalpini: instituitur a Rectoribus Maioribus, propter graves difficultates regiminis immediati regionum tam dissitarum, et perdurat ad nutum eorundem Rectorum Maiorum; P. Ripoli, unicus, qui ita egit, primo tempore ad annum tantum « delegationem » concessit.

Inde ab an. 1841 Vicariatus generalis Congregationis transalpinae iuris pontificii fit, et Vicarius a S. Sede nominatur, manens tamen, in certis negotiis, subiectus Rectori Maiori. Sed inde ab an. 1850, propter nimias difficultates internas, Vicariatus transalpinus directe et unice S. Sedi subicitur.

## IV. De Consultoribus generalibus

De Consultoribus generalibus pauca tantum notanda sunt.

In libro antiquo Consultationum generalium («Libro delle consulte generali del Rettor Maggiore, 1783-1859») Consultores generales saepius etiam «Assistenti generali» vocantur; sed titulus officialis fuit semper «Consultores generales», uti faciliter ex actis Capitulorum aliisque documentis eruitur.

1. — Temporibus antiquis, ut ex tabulis superius descriptis desumitur, Consultores generales saepe *muneri renuntiare* consueverunt, vel mox post electionem, vel etiam — in Capitulis generalibus — illico post actum electionis, etiam cum epistolis iam antea praeparatis; usus qui post an. 1855 valde reductus est. Ex eo tempore Consultores generales ordinarie solummodo propter corporis infirmitatem renuntiarunt, rarius aliis ex causis.

Primus Consultor qui muneri renuntiavit, erat Tannoia 1780. Hic, cum P.e Panzuti, primatum tenet in renuntiationibus, tribus enim vicibus renuntiaverunt. Duobus vicibus PP. Colombo, Patroni, et Lordi.

Casus unicus est P.is Apicella, qui ad munus Consultoris generalis in Con-

sultatione generali electus fuit, 20 V 1808; sed cuius electio iam 22 V 1808 revocata fuit, antequam ipse electus de re aliquid rescisceret.

Transscribimus nunc tabellam Consultorum qui muneri suo renuntiaverunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| CORRADO Barth. Matth. | el. (CG.) | 8 VIII 1783, | ren. 10 III 1785 |
| PAVONE Ios. M. | el. (CG.) | 8 VIII 1783, | ren. 5 IX 1787 |
| PICONE Carmelus | el. post | 12 IX 1788, | ren. ante 20 XI 1789 |
| CAIONE Gaspar | el. (CG.) | 13 III 1793, | ren. 30 III 1802 |
| VOLPE Ios. M. | el. | 4 X 1817, | ren. 2 X 1818 |
| PORTALONE Rosarius M. | el. (CG.) | 14 VI 1824, | ren. in eadem sessione Capituli. |
| MICCHICHÈ Vinc. M. | el. (CG.) | 1 VI 1832, | ren. 29 V 1833 |
| TOZZI Angelus M. | el. | 30 XI 1835, | ren. 3 VI 1836 |
| KOSMAČEK Franciscus | l. (CG.) | 2 VI 1832, | ren. 8 X 1836, acc. 28 XI. |
| DEL BUONO Paschalis | el. | in. an. 1842, | ren. et mox mortuus est. |
| VAIANO Iosephus | el. | 6 VI 1845, | ren. 18 V 1846 |
| TRAPANESE Vincentius | el. | 14 V 1842, | ren. 19 XII 1846, acc. eodem die. |
| VALENTI Carmelus | el. (CG.) | 10 V 1854, | ren. in eadem sessione Capituli. |
| FUSCO Raphael | el. (CG.) | 11 III 1855, | ren. in eadem sessione Capituli. |
| CACCESE Crescentius M. | el. (CG.) | 11 III 1855, | ren. 15 VI 1857, acc. 3 VII. |

His iisdem temporibus antiquis bis renuntiaverunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| COLOMBO Philippus | el. | 8 VIII 1783, | ren. 1 III 1802 |
| iterum | el. (CG.) | 5 VI 1802, | ren. 13 VII 1816, acc. 30 X. |
| PATRONI Philippus | el. (CG.) | 15 VII 1822, | ren. 6 VIII 1822, acc. 4 II 1823. |
| iterum | el. | 1 VI 1831, | ren. 7 VI 1831 sed electio confirmata 28 VI 1831 |
| LORDI Iosephus | el. | 18 V 1846, | ren. 15 VI 1846, acc. eodem die. |
| iterum | el. | 1 VII 1850, | ren. initio III 1851. |

Tribus autem vicibus renuntiaverunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| TANNOIA Anton. M. | el. (CG.) | 26 VI 1780, | ren. 30 VIII et 24 X 1780 |
| iterum | el. (CG.) | 8 VIII 1783, | ren. 5 IX 1787 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ter | el. (CG.) | 13 III | 1793, ren. in eadem sessione Capituli. | |
| PANZUTI Blasius | el. (CG.) | 3 VI | 1832, ren. 2 VII 1832, acc. 29 V 1833 | |
| iterum | el. | 3 VI | 1836, ren. 16 VI 1842 | |
| ter | el. | 5 XI | 1844, ren. 6 VI 1845, quia munus Procuratoris accipere debuit. | |

Recentioribus vero temporibus, id est, post Capitulum generale an. 1855, hi Consultores generales muneri renuntiaverunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| MAUTONE Vincentius | el. | 21 I | 1889, ren. 28 VII 1893 |
| ULRICH Michael | el. | 21 XI | 1867, ren. 28 VII 1893 |
| BERTHE Alfonsus | el. (CG.) | 20 IV | 1894, ren. 14 X 1907 |
| FAVRE Ioann. B. | el. (CG.) | 3 VI | 1909, ren. 21 VII 1912 |
| HAIG Gulielmus | el. | 16 II | et 19 III 1931, ren. et acc. 23 III 1931 |
| DI COSTE Anton. M. | el. | 4 III | conf. 11 III 1918, ren. 20 XI 1933 |
| TER HAAR Franc. Ser. | el. | 7 XII | 1911, ren. 24 V 1936 |

2. — Unum adhuc adnotare volumus de Consultoribus generalibus, de eorum scilicet *residentia*. In neapolitana etenim traditione alius mos invaluerat, atque ille quem nunc practice agnoscimus, quo *omnes* Consultores generales residentiam una cum ipso Rectore Maiore habere tenentur.

Naturale est, Consultores gen.les, vi muneris sui, theorice saltem, apud Rectorem Maiorem residere debere; sed alia est vita et necessitates urgentes quae facile supervenire possunt, alia est lex quae normam statuit, quin tamen exceptiones excludere possit aut velit.

Primis itaque Congregationis temporibus, dum sodales adhuc pauci sunt, nec omnes viri superiores, s. Fundator ordinarie coactus erat, Consultorem vel plures eorum, tamquam Rectores locales adhiberi, ita ut unus alterve tantum Consultorum apud ipsum Sanctum habitaret.

Hic status rerum vix mutatus est, etiam post prima decennia, quando 5-6 Collegia exsistebant. Villani, inter praecipuos s. Alfonsi socios, Rector erat et Novitiorum Magister in Ciorani (1752 ss.) et in Sant'Angelo a Cupolo (1765 ss.); Caione erat Rector in Caposele per multos annos (1754-1760 et ultra); Rossi erat Rector in Ciorani circa an. 1754, aliique aliis locis.

Capitulum gen.le an. 1764 de residentia Consultorum gen.um propriam condidit constitutionem, quam hic partim transcribere iuvat.

*Dei Consultori assistenti al Rettore Maggiore*

Costituzione IV. *Della casa di residenza de' sei consultori e procuratore generale.*

[Per se, ratione muneris, Consultores residere debent una cum Rectore Maiore in eadem domo; nec Rector Maior potest eos « a suo arbitrio » destinare ad alias domos; imo, Consultores non obligantur exsequi ordinem Rectoris Maioris, si unum aliumve eorum *sine gravi ratione* stabiliter foras poneret. Attamen] « può bensì il Rettore Maggiore in qualche caso di grave necessità, come di nuova fondazione o di altro urgentissimo motivo di bene dell'Istituto, far taluno de' consultori Rettore di quella casa nuova, e mandarlo a tempo in quella fondazione, il cui bisogno grandemente prema; e dovendo ciò fare, nol faccia che col parere de' medesimi consultori ». (*Codex Regularum et Constitutionum;* Roma 1896, 258-59).

5. Dato che a taluno de' consultori fosse nocivo il clima dove il Rettore Maggiore abita e risiede, e che questi necessariamente dovesse di là partire e situarsi in altra casa di clima più salubre, in questo caso, se la cosa non è a tempo, ma oltrepassa un anno, si dovrà dal Rettor Maggiore e da' consultori prima che quello parta, o non essendosi preveduta la lunghezza del tempo, anche lui assente, procedersi per voti segreti all'elezione di un sostituto, il quale intervenendo alla consulta avrà tutta quella facoltà che già aveva il suo principale ... e solo in tempo di ogni Capitolo generale e nell'elezione di un qualche consultore mancante, resti in arbitrio del consultore assente di far la procura o al suo sostituto o ad altri che mai volesse, del suo voto (*Ibid.* 260).

Capitulum, ut clare apparet, statuit, tamquam statum normalem et regularem, ut Consultores apud Rectorem Maiorem habitent; arbitrariam eorum translationem omnino prohibet, data facultate Consultoribus, Rectori Maiori resistendi si unum eorum foris residere iuberet sine gravi causa; attamen expresse exceptiones admittit et approbat; aliis verbis, statum realem, sicut practice usque id tempus valebat, agnovit et sancivit.

Status gravis necessitatis paulo post evenit; s. Alfonsus, iam episcopus in Sant'Agata dei Goti, an. 1767 consultationem generalem apud seipsum in urbe sua residentiali instituit (Consultores residebant tunc ordinarie in Pagani, ubi s. Alfonsi Vicarius in regenda Congregatione manebat). In hac consultatione, inter alia negotia, etiam novi superiores locales eorumque officiales nominabantur. Inter Rectores *tres* Consultores generales inveniun-

tur, Caione pro Collegio in Caposele, Liguori (Stephanus) pro Collegio in Iliceto, Mazzini pro Collegio in Pagani. Hic quidem residentiam habuit cum Vicario; alii duo vero ad Collegia dissita missi sunt. Ipse Sanctus in brevi quadam epistula circulari sodales de hoc facto commonebat, quod « quattuor » Consultores, — ita epistula! — propter rerum necessitates, hac vice in munus Rectorum destinati fuissent. Vide *Lettere,* vol. II, epistula 584, p. 19. Sed numerus « quattuor » error est omnino evidens, ut etiam KUNTZ in suis *Commentariis* (vol. VII, 419) expresse adnotavit. Gaiano (Rector in Ciorani), et Fr. de Paola (Rector in Sant'Angelo a Cupolo) non erant Consultores generales! Hoc exemplum demonstrat quomodo constitutio Capituli gen.lis an. 1764 ab ipso s. Fundatore observata est.

NB. Ut demonstremus, cum quanta cautela non numquam etiam documenta originalia adhibenda et examinanda sint, transcribimus initium dictae epistulae:

Via Gesù, Maria e Giuseppe!

Airola, 20 giugno 1767

Cari Fratelli miei,

avviso loro come per lo seguente triennio già sono eletti i Rettori: cioè il P. Mazzini per Nocera [*Pagani*], il P. Gaiano per Ciorani, il P. Caione per Caposele, il P. Liguori per Iliceto e il P. de Paola per S. Angelo. Vi sono quattro Consultori, ma è stata necessità eleggere questi nelle presenti circostanze...

Comparatione facta cum epistula originali, in Arch.gen. conservata, quae destinata erat ad Collegium in Agrigento, omnino certum est scriptum esse « quattuor »; textus epistulae ab amanuensi quodam exaratus est, subscriptio est ipsius Sancti. Et tamen Consultores generales « Rectores », ut ex tantis documentis constat, sunt « tres »: Mazzini, Caione, Liguori.

Notetur insuper, idem Capitulum an. 1764 aliam rationem admisisse pro absentia longiore vel stabili unius aliusve Consultorum generalium: aërem scilicet nocivum, seu caelum minus conveniens Collegii residentialis P.is Generalis. In epistulis et in aliis documentis, ut in pluries citato Libro consultationum « aër » seu «clima» saepius adducuntur, ut ratio vel renuntiationis muneri Consultoris, vel non-acceptationis electionis aut nominationis, vel tandem absentiae stabilis.

Dictus Liber consultationum multissima praebet exempla consultationum generalium, quae peractae sunt cum praesentia trium, quattuor, quinque Consultorum, et respectivo numero Consultorum «adiunctorum», seu vices-gerentium, sicuti Capitulum gen.le an. 1764 ordinaverat.

Hic mos gerendi a Capitulo gen.li an. 1793 plene agnitus est

et confirmatus; sufficit legere sequens excerptum ex Constitutionibus quae de Consultoribus generalibus agunt.

*De' consultori generali.*

6. I consultori di ordinario devono stare tutti di residenza nella casa, ove risiede il Rettore Maggiore, ma per qualche bisogno della Congregazione, stando uno, o due lontani, almeno quattro devono assistergli, ed aiutarlo col loro parere. In certi casi però di gran momento devono trovarsi tutti a quella consulta... (*Acta integra Capitulorum generalium...* Roma 1899, N° 403, p. 154).

Hic mos agendi, in Congregatione neapolitana immutatus continuabat usque ad ultimam unionem an. 1869. Mos, ut repetamus, omnino regularis, conformis Constitutionibus Capitulorum an. 1764 et 1793, et consuetudini primaevae, a s. Alfonso inde ab initiis Instituti introductae.

Ab eo momento quo residentia Generalis in ipsa Urbe statuta est, seu ab an. 1855, etiam residentia omnium PP.um Consultorum generalium una cum Rectore Maiore in hac ipsa Urbe mos normalis factus est. Attamen exceptiones, de quibus inde a Capitulo gen.li an. 1764 actum est, vigere continuant (Const. 685-689); imo textus Constitutionum de residentia Consultorum practice adhuc idem est. De facto Consultor gen.lis P. Macchiusi, el. 1855, qui caelum romanum tolerare non potuit, ab an. 1859 usque ad an. 1865 Rector Collegii in Scifelli erat; per paucos annos romano caelo iterum tentato, iterum in Scifelli se recepit (sine ufficio locali) ubi etiam an. 1875 mortuus est.

Aliae exceptiones factae sunt, ratione vi maioris, tempore primae et alterae conflagrationis mundialis.

Et haec de Consultoribus generalibus sufficiant.

## V. De Procuratoribus generalibus

De his quoque pauca dicenda sunt. Primis temporibus residentiam habebant vel in civitate Pagani, vel alibi, si forse in alia domo quodam officio fungebantur; sed inde ab an. 1784, quando scilicet Congregatio, a S. Sede recognita, residentiam romanam acquirere debuit, Procurator generalis in hac domo romana sedem fixit. Haec domus a dicto anno 1784 usque ad eversionem romanam per occupationem gallicam 1798 erat apud S. Iulianum. Post restaurationem Statuum pontificiorum, 1815, tamquam sedes Procuratoris generalis domus apud ecclesiam S. Mariam in Monte-

rone habebatur, usquedum residentia generalis iterum et definitive in Roma fixa est, inde ab an. 1855 in ex-Villa Caserta, actuale Collegium s. Alfonsi de Urbe.

Notandum quoque est, Patres neapolitanos Procuratorem habuisse apud Curiam realem neapolitanam, pro quo scopo domus quoque neapolitana fundata est. Sed hi Procuratores de rebus quae potius ad gubernium civile (tunc maxime «regalisticum») spectabant agere debuerunt.

Subnectimus tabellas Procuratorum qui explicatione non indigent.

## PROCURATORES GENERALES

N.B. Siglum CG significat «Capitulum gen.le»; (†) = obitus; el. = electus; ren. = renuntiavit; conf. = confirmatus.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| MARGOTTA Franc. M. | CG | 3 | X | 1749 - | 11 | VIII | 1764 | (†) |
| D'ANTONIO Laurentius | post | 11 | VIII | 1764 - | | | 1764 | CG |
| *Idem* | CG | 5 | IX | 1764 - | 14 | I | 1769 | (†) |
| TANNOIA Anton. M. | post | 14 | I | 1769 - | | | 1780 | CG |
| DI COSTANZO Ioann. B. | CG | 26 | VI | 1780 - | | | 1783 | CG |
| COLOMBO Philippus | CG | 8 | VIII | 1783 - | | | 1793 | CG |
| *Idem* | CG | 16 | III | 1793 - | 1 | IV | 1802 | (ren.) |
| *Idem* | CG | 4 | IV | 1802 - | 13 | VII | 1816 | (ren.) |
| | | | | | 30 | X | 1816 | (accept.) |
| COCLE Caelest. M. | | 30 | X | 1816 - | | | 1817 | CG |
| GIATTINI Vinc. Ant. | CG | 3 | X | 1817 - | | | 1824 | CG |
| *Idem* | CG | 14 | VI | 1824 - | 1 | IV | 1827 | (†) |
| MAUTONE Ioseph. M. | el. | 22 | IV | 1827 | | | | |
| | conf. | 2 | VI | 1827 - | 19 | III | 1845 | (†) |
| PANZUTI Blasius | | 6 | VI | 1845 - | 8 | V | 1846 | (†) |
| CENTORE Dominicus | | 29 | II | 1847 - | ante 12 | I | 1855 | (ren.) |
| QUELOZ Brixius | CG | 19 | VII | 1855 - | 23 | I | 1882 | (ren.) |
| MARTINELLI Hermes | | 20 | VII | 1882 - | | | 1894 | CG |
| OOMEN Petrus | CG | 20 | IV | 1894 - | | | 1909 | CG |
| SCHWARZ Iosephus | CG | 3 | IV | 1909 - | 31 | I | 1927 | (†) |
| LÉMIEUX Alfonsus | | 2 | II | 1927 - | 13 | III | 1931 | (†) |
| LUTZ Ferdinandus | | 23 | III | 1931 - | | | 1947 | CG |
| *Idem* | CG | 23 | V | 1947 - | | | 1954 | CG |
| VAN BIERVLIET Albert. | CG | 27 | II | 1954 | | | | |

## PROCURATORES GENERALES CONGREGATIONIS CSSR IN STATIBUS PONTIFICIIS

1780-1793

| | | |
|---|---|---|
| LEGGIO Isidorus | 30 XI 1781-1785 CG | |
| LACERRA Paschalis | CG 22 X 1785-1793 CG | |

## PROCURATORES CONGREGATIONIS TRANSALPINAE

1841-1855

NB. Inde ab an. 1841, quo Vicariatus transalpinus iuris pontificii effectus est, Procurator generalis totius Congregationis continuavit agere etiam negotia Transalpinorum. Quando vero haec negotia, propter difficultates internas, magis intricata esse ceperunt, « Socius procuratoris generalis pro Congregatione transalpina » a S. Sede institutus est.

HUGUES Andreas « Socius Proc. gen.lis pro CSSR Transalp. »: a prima medietate an. 1847; cessavit a munere, revolutione romana Romam derelinquere coactus, 15 XI 1848.

QUELOZ Brixius, nominatus X 1850, item « socius Proc. gen.lis pro CSSR Transalp. »; sed appropinquante Capitulo gen.li an. 1855 melius visum est, mutationem quandam introducere: Procurator gen.lis Centore muneri renuntiavit, et

*Idem* (Queloz) nominatus est a S. Sede *Procurator gen.lis Congr. SS. Red. transalpinae,* Roma, 12 I 1855; mansit in munere usque ad CG 1855, in quo Procurator generalis iterum electus est.

## PROCURATORES GENERALES CONGREGATIONIS SS. RED. IN UTROQUE REGNO SICILIAE EXSISTENTIS

1854-1869

| | | | |
|---|---|---|---|
| VITTORIA Michael | CG 10 V 1854 - | 1855 CG | |
| *Idem* | CG 11 III 1855 - | 15 VII 1863 | (†) |
| DE GLORIA Nicolaus | el. 1861 - (?) | 11 VII 1869 | (†) |
| ORTEGA DE LUNA Vinc. M. | el. 29 III 1869 - | 17 IX 1869 | (« unio »). |

N.B. De Consultoribus gen.bus et de Procuratoribus Congregationis CSSR in utroque Regno Siciliae exsistentis (1854-1869), non omnia documenta nobis praesto erant; quapropter dubium quoddam remanet de uno alteroque eorum.